

06.42.

EPITOME
HISTORIAE
ECCLESIASTICAE,

A MUNDO CONDITO USQVE
AD NOSRTA TEMPORA DEDUCTAE,

IN USUM
PRAEPARATIONIS AC REPETITIONIS,
EX UBERIORI SYSTEMATIS
TRACTATIONE,
MÉMORIAE GAUSSA ORDINE TABELLARI
CONCINNATA,
AB IPSO AUCTORE
D. JOACHIMO LANGIO
S. THEOL. PROF. ORD. HAL.



HALAE
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI
A. M DCC XXXII.

KEN. PR. FR.
UNIVERS.
ZV HALLE





Lectori salutem plurimam!

EDidi jam' ante annos plures historiæ ecclesiasticæ, per periodos V. T. deductæ, systema, variis observatiōnibus exegeticis, & regnorum exoticonum ac rei litterariæ synchronismis instructum: item historiam ecclesiasticam N. T. respectu synchronismorum eadem methodo concinnatam. Ex utroque libro hic succinctam exhibeo Epitomen, uti memoriæ accommodatam, sic etiam præparatiōni ac repetitioni illis, qui isto uti voluerint, inservituram. Et cum inter Theologiae cultores non pauci, pro sortis sūtæ tenuitate, neutrum sibi statim comparare possint, nucleus hic facile comparabilis id ipsis præstabat, ut lectionibus meis historicis, ad ubiorem istam tractationem identidem relatis, eo majori cum fructu possint intereserent. Historiæ ecclesiastice notitiam viris doctis omnibus, præcipue futuris Evangelii præconibus ac scholarum doctori bus, esse utilissimam, immo etiam certo respectu necessariam, multo est evidenter, quam ut ulla erat demonstratione. Circa finem accedit idea historiæ recentioris ac elencticæ. Vale.

A 2

Tabula

Tabula chronologica generalior,
per septem periodos.

Per. I. a mundo condito usque ad diluvium	1656
2. a diluvio usque ad vocationem Abrahami	427
3. a vocatione Abrahami usque ad egressum ex Aegypto	430
4. ab egressu isto usque ad ingressum in Canaan: quæ periodus media omnium maxime est memorabilis	40
	2553
5. ab ingressu in Can. usque ad Salomonem, speciatim ad annum eius quartum, seu templi fundationem	440
6. a Salomone usque ad Cyrum & solutionem captivitatis Babyl.	475
7. a Cyro & sol. captiv. Bab. usque ad Christum natum	532
	1447

NOTA.

Hæ duæ summae conjunctæ efficiunt Qui numerus annorum quater millenarius, in quem nativitas Christi incidit, est e computatione Usserii & aliorum accuratiori. Aera vero Christi Dionysiana cum quatuor annis serius posita sit, secundum Usserium cadit in annum conditi mundi

4004.
PERIO.

PERIODUS PRIMA
*a mundo condito usque ad diluvium
 annorum 1656.*

1. *Historia creationis*: Gen. c. 1. ubi mundi
 Ortus: ubi creator & res creata: materia prima,
 spiritus plasticus, & lux, seu ignis.
 Distinctio: ubi expansum, seu aer & æther.
 nec non aqua & terra.
 Exornatio, ratione ætheris, aeris, aquæ & terræ.
 Complementum, in creatione hominis, sexu di-
 versi.
2. *Historia protoplastorum*: Gen. c. 2. ubi eorum
 Creatio, pro diversitate sexus.
 Status integritatis, pro imaginis divinæ indole.
 Locus, seu habitaculum, paradisus.
 Negotium *ovoparationis*.
 Fœdus legale in imagine Dei.
3. *Historia violati fœderis*: c. 3. ubi
 Tempus incertum. Tentator satanas.
 Tentatio ipsa: Tentari cum effectu lapsus.
4. *Historia generis humani, per fœdus gratiæ restituti*:
 ubi fœderis auctor & sponsor, summa, firmitas,
 emphasis, signa.
5. *Doctrina, ritus, regimen & schisma ecclesiæ ante-
 diluvianæ.*
6. *Genealogia Adami Kainitica* c. 4.
7. *Genealogia Adami Sethiana* c. 5.
8. *Gigantes antediluviani* c. 6.
9. *Arca Noachi*, ratione nominis, materiae &c.
10. *Diluvium ipsum ratione causæ, initii &c.*

PERIODUS II.

*a diluvio usque ad Abrahami vocationem
annorum 427.*

1. *Historia Noachi* in mundi palingenesia: Noachus obiit a. m. 2006. post diluv. 350. c. 9. ubi in primis notandum est ejus sacrificium, nec non prophetia de filiorum ipsius posteris.
2. *Historia πυγοποιίας Babelica* c. II. ubi in primis confusio linguarum est notanda.
3. *Lingua primæva*, quæ fuit Hebraica: ubi caussæ multiplicatae linguae variæ.
4. *Japheti filii septem*: Gomer, Magog, Madai, Janvan, Thubal, Melech, Thiras. c. 10.
5. *Chami filii quatuor*: Chusch, Mizraim, Phut, Canaan, qui cum filiis undecim Palæstinam occupavit. c. 10.
6. *Semi filii quinque*: Elam, Assur, Arphaxad, Lud, Aram. c. 10.
7. *Progenies Semi Arphaxadica* Gen. II. Arphaxad, Selah, Heber (unde dicti sunt Hebrei) Phaleg, Regu, Serug, Nachor, Tharah, Abram.
8. *Doctrinae integritas, & propagatio*, per traditionem facta.
9. *Doctrinae corruptio* per idololatriam, cuius notanda: occasio, ortus, progressus per gradus.
10. *Historiae prima & secunda periodi reliquie* in priscis gentibus & earum libris: in primis illæ de Saturno & tribus ejus filiis, Jove, Neptuno, Plutone; nec non de *Jano bifronte*, h. e. Noacho.

PERI-

PERIODUS III.

- a vocatione Abrahami usque ad egressum Israelitarum ex Aegypto annorum 430. Gen. 15, 13. Exod. 12, 45.*
1. *Theophania Abrahami prima : ubi is jubetur relata patria in Canaanam concedere. Gen. c. II, 27. c. 12, I - 6.*
 2. *Theophania Abrahami secunda : sequente secessu in Aegyptum. c. 12, 7 - c. 13, I - 14.*
 3. *Theophania Abrahami tertia, insequente bello pentapolitano. c. 13, 14 - c. 14.*
 4. *Theophania Abrahami quarta, cum promissione de semine denuo repetita c. 15. & 16.*
 5. *Theophania Abrab. quinta : ubi instituitur circumcisio c. 17.*
 6. *Theoph. Abrab. sexta : ubi Messias ipsi cum comitatu duorum angelorum adparet, excidio pentapolitano insequente c. 18. & 19.*
 7. *Theoph. Abr. septima : de Hagar & Ismaelis ejecione &c. c. 20. & 21.*
 8. *Theoph. Abr. octava : in sequente Isaaci immolacione. c. 22.*
 9. *Vita Isaaci & proles diversa. c. 21. & 22 - 26.*
 10. *Testamentum, seu benedictio Isaaci, respectu Jacobi & Esavi. c. 27.*
 11. *Vita Jacobi : ubi ejus prima, iter in Mesopotamiam, polygamia, polytechnia, lucta cum Deo, migration in Aegyptum, ultima. c. 25. &c.*
 12. *Vita Josephi : ubi venditio, status primum afflitus, deinde gloriosus, negotia cum fratribus. c. 42. &c.*
 13. *Status Israelitarum in Aegypto afflitus. Exod. I.*
 14. *Historia Jobi : & status ecclesiæ hujus periodi cum synchronismo historizæ civilis,* PE:

PERIODUS IV MOSAICA

*annorum 40.*ARTICULUS I. *de emigratione ex Aegypto.*

1. Persona Mosis ante ejus vocationem. Exod. 2. &c.
2. Mosis vocatio ad ducatum populi Israelitici.
3. Miracula Aegyptiorum magorum.
4. Præparatio ad egressum ex Aegypto cum institu-
tione agni paschalis.
5. Ipse egressus, ducente columna nubis & ignis. c. 13.
6. Transitus per mare rubrum. c. 14. 15.
7. Priores stationes in deserto, inter miracula aquæ
& panis. c. 14 - 18.

ARTICULUS II. *de Nomothesia, præcipue morali.*

1. Circumstantiæ nomothesiae, ubi legislator ipse
Messias. c. 19. 20. &c.
2. Ipsa lex moralis, pro emphasi sua consideranda.
3. Differentia fœderis & testamenti.
4. Testamenti fœderis initiatio. c. 24.
5. Fœderis violatio per μοχολαζείαν c. 32.
6. Fœderis violati renovatio c. 33. & 34. ubi Deus
Pater Filium, futurum Messiam, Mōsi in gloria
sua a tergo videndum exhibet.

ARTICULUS III. *de Nomothesia ceremoniali.*

1. Locus sacer, tabernaculum, descriptum ratione
strukturæ & partium, seu
Atrii, & in eo altaris & labri ænei.
Sancti, & in eo altaris suffitius, lychnuchi aurei
& mensæ panum propositionis.
Sancti sanctorum, & in eo arcæ fœderis. Exod.
25. &c.

2. Per-

2. Personæ sacrae:

Sacerdos summus, considerandus ratione personæ, vestitus, consecrationis, officii proprii, & auctoritatis.

Sacerdotes reliqui, considerandi ratione ordinum, vestitus, officiorum, conjugii &c.

Levitæ, eorum consecratio, ætas, ordines. Huc refer triplex Naziræorum votum.

3. Tempora sacra: seu festa: ubi cultus jugis, sabbatum, novilunium, festum pasch. pentecost. novi anni, expiationis, tabernaculorum, annus sabbaticus & Jubilæus.

4. Actiones sacrae: sacrificia & mundationes. Huc pertinent ea, quæ nomothesiam proxime infecuta sunt, ut: tabernaculi erectio, populi recensio &c.

ARTICULUS IV. de stationibus in deserto reliquis usque ad Mosis mortem: ubi in primis notanda sunt acta

Semestris posterioris post egressum ex Aegypto.
Anni ultimi priora.

Anni ultimi posteriora cum ultimis Mosis.

ARTICULUS V. de reliquis momentis ad historiam Mosaicam pertinentibus:

1. Prastantia & singularia Mosis coniunctim repræsentata.

2. Pentateuchus Mosaicus, tanquam fons omnis historiae & rei litterariae.

3. Res litteraria periodi Mosaicæ: nec non notitia Mosis & rerum Mosaicarum inter gentes reliquas.

PERIODUS V.

*A Mōse usque ad templum Salomonæum,
annorum 440.*

ARTICULUS I. *Isagogicus de notitia Cananæa geographica, ubi: nomina, situs, termini, mensura, maria, fluvii, montes, fertilitas, incolæ primi, partitio dæderā Quæsio, partitio reliqua in Judæam, Samariam, Galilæam, Peræam &c.*

ARTICULUS II *De historia Josuæ, seu Cananæa occupata, distributæ & possessæ, annorum 17.*

ARTICULUS III. *Complectens historiam Judicum, annorum 300. ubi*

1. Liber judicium.

2. Judices generatim considerati.

3. Liberationes quatuor priores. c. 3. 4. 5.

4. Res gestæ Gideonis. c. 6. 7.

5. Liberatio per Jephtham. c. 10 - 12.

6. Historia Simsonis. c. 13 - 16.

ARTICULUS IV. *Complectens historiam Eli, Samuelis ac Saulis, annorum 80. ubi*

1. Uterque liber Samuelis, tanquam fons historiæ hujus articuli.

2. Historia Eli, qui consideratur ratione ortus, muneris duplicitis, filiorum, vitii indulgentiæ, denunciatæ poenæ, & ejus exsecutionis. 1 Sam. I. &c.

3. Negotium arcæ detentæ ac restitutæ. c. 5. 6.

4. Samuel, ultimus Israelitarum judex. c. 7! &c.

5. Forma reipublicæ mutata per regnum Saulis. c. 8.

6. Pil-

PERIODUS V.

II

6. Prima Saulis victoria in regni confirmationem cedens. c. II.
7. Saulis reprobatio duplex & interitus. c. 13 - 15.
c. 28. 31.

ARTICULUS V. *Exhibens historiam Davidis: ubi Davidis.*

1. Inunctione, regente ipsum Spiritu Sancto. c. 16.
2. Monomachia cum Goliatho. c. 17.
3. Exilia varia. c. 18. &c.
4. Successio in regnum Judæ & Israelis, sub sequente expeditione adversus Philistæos. 2 Sam. 2 - 5.
5. Deductio & collocatio arcæ fœderis in arce Zionis. c. 6.
6. Consilium de ædificando templo dilatum, ac promissionibus amplissimis exceptum. 2 Sam. 7.
7. Regnum amplissimum victoriis confirmatum autemque. 2 Sam. 8.
8. Bellum Ammoniticum, peccata & poenitentia, degener filius Abschalom, heroes, recensio populi, constitutio sacerorum, comitia ultima. 2 Sam. 10. &c. 1 Chron. 16. &c.

ARTICULUS VI. *De momentis hujus periodi reliquis:*

1. Liber & historia Ruthæ.
2. Cultus Dei publicus in diversis tabernaculi stationibus, & in synagogis.
3. Idololatria horum temporum.
4. Notitia Josuae inter gentes corrupta.
5. Oraculum Delphicum, tabernaculi simia.
6. Synchronismus rerum extranearum.

PERI



PERIODUS VI.

A Salomone usque ad Cyrum, seu a templo primo usque ad secundum, anno-

rum 475.

ARTICULUS I. *De historia Salomonis & ejus successorum 19. in regno Israelis.*

1. Libri regum, & chronicorum, tanquam fontes hujus historiæ.
2. Regnum & res Salomonis.
3. Delineatio templi Salomonæ, in genere & in specie.
4. Libri Salomonis.
5. Historia Jerobeam & successorum quinque.
6. Historia Achabi & successorum.

ARTICULUS II. *De vita Eliæ, Elise, nec ac Jonæ.*

ARTICULUS III. *De historia regni Judaici a Rebabeamo usque ad Zidkiam,*

1. Reges tres priores, Rebabeam, Abijah, Asa.
2. Reges tres sequentes, Josaphat, Joram, Achasja.
3. Reges alii quinque, Joas, Amazja, Ussijah, Jotham, Achasja.
4. Jehiskijah optimus, filius ac nepos pessimus.
5. Reges quatuor ultimi: Joachas, Jehojakimus, Jehojachinus, Zidkijah.

ARTICULUS IV. *De historia quatuor prophetarum majorum.*

1. Libri Jesaiæ singularia.
2. Præcipua libri Jeremiæ.
3. Præcipua libri Ezechieli & Danielis.

ARTI-

ARTICULUS V. De Synchronismo historiae exoticæ, & magna ex parte cum ecclesiastica cognatae.

1. Reges *Assyrii*; a Sardanapalo proximi & primi monarchæ:

Phul-Belochus, qui Israelitas fecit vestigales
2 Reg. 15, 19. 20.

Tiglath-Pileser, qui ex iis multos in captivitatem abduxit v. 29. c. 16, 7. seq.

Salmanassar, qui reliquos in Assyriam abduxit; Samaritanismo per submissas gentes alias exorto. 2 Reg. 18, 4. 6. 24. &c.

Sennacherib, regno Judæ infestus, at ab angelo Domini cæsus. 2 Reg. 18. & 19. Jes. 36. & 37.

Asferchaddon, 2 Reg. 19, 37. Jes. 37, 38. cuius praefectus Babyloniæ *Merodachus*, diadematè sumto regnum ab *Assyriis* ad *Babylonios* transtulit;

2. *Babyloniorum* regum series:

Merodach, seu *Brodach* Jes. 39. 2 Reg. 20, 12.

Nabopolassar, 2 Reg. 19, 29. &c.

Nabuchodonosor, seu *Nebucadnezar*, regni Judaici eversor 2 Reg. 25, 8. &c.

Evilmerodach, in Judæos benignus 2 Reg. 25, 27. &c.

Belsazar & Darius: de quibus in historia Danielis.

3. Inter Græcos Athenienses habuerunt suos *Achontes*, & inter hos *Draconem*, legislatorem; Lacedæmonii suos *Ephoros*.

4. Inter

4. Inter Græcos æra *Olympiaca*, ab urbe Olympia sic dicta, cœpit a. m. 3228. ante Romanam conditam annis 23. ante Christum natum 777.
5. *Latini* habuerunt suos reges, qui fuerunt: Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Martius, Tarquinius Priscus, Servius Tullius, Tarquinius Superbus.
6. In re litteraria hic sequentia sunt notanda:
 - a. *Sibyllæ* ac Sibyllina carmina pertinent ad hanc periodum.
 - b. Inter Græcos post initia millennii quarti floruit *Homerus*, & ei suppar *Hesiodus*.
 - c. *Philosophia barbarica* gentium orientalium floruit, speciatim Chaldæorum, sed valde corrupta.
 - d. Inter Græcos inclarerunt circa tempora regni Judaici ultima & priora captivitatis Babyl. sic dicti *septem Sapientes*: Thales, Pittacus, Bias, Solon, Cleobolus, Periander, Chilo; numero septenario sensu Pythagorico ιξοχινῶς intellecto. Sapientiæ laudem acquisiverant rerum gerendarum prudenteria.
7. Floruerunt etiam hoc tempore alii inter Græcos, ut:

Anchurhis, natione Scytha,
Epimenides, a Paulo allegatus Tit. I, 12.
Pheredes, *Aesopus*, *Xenophanes*, *Theognis* &c. Vide Systema p. 782, seqq.

PERIO.



PERIODUS VII.

A soluta captiv. Babyl. seu a templo secundo usque ad Christum natum, annorum 532.

ARTICULUS I.

A soluta captiv. Babyl. usque ad Pontif. Jaddum, Alexandro M. σύνχρονον, sub imperio Persarum, per annos 206.

SECT. I. *De rebus eccles. & politiae Judaicæ.*

1. *Fontes hujus historiæ in libris Esræ, Nehemiæ, & Estheræ.*

2. *Historia libri Esræ: ubi ex gratia Cyri Serubabel & Josua cum populo redeunt in libertatem, & anno Darii secundo, Haggæo & Zacharia urgentibus, templi structuram, a Samaritanis impeditam, consumant. Ipse Esra ab Artaxerxe longimano in patriam dimittitur.*

3. *Historia libri Nehemiæ: hic anno Artaxerxis vigesimo afflictis Judæorum rebus succurrir, & cum Esra statum politiæ & ecclesiæ plenius format.*

4. *Historia libri Estheræ: Hic sub Ahasvero, seu Artaxerxe longimano, ministerio Estheræ funesta Hamanis consilia in ipsius perniciem & Judæorum salutem vertuntur.*

SECT. II. *De Synchronismis exoticis tempore imperii Persici.*

1. *In sum imperium Persarum sub Cyro, Cambyse, Dario Hydaspis, Xerxe, Artaxerxe, seu Ahasvero, Dario notho, Artaxerxe Mnemone, Ocho, Arse, Dario Codomanno.*

2. *Res Græcorum, speciatim Atheniensium, Lacedæmoniorum, Thebanorum & Macedonum in bellis, inter se & cum Persis.*

3. *Res Romanorum, ubi imperii summa, sublata regum potestate, fuit penes duos consules, deinceps adjuncta potestate dictatorum, tribunorum plebis & decemvixorum.*

4. *Res*

4. *Res litteraria:*

- a. Scholæ philosophorum antiquiores: ubi Jonica, Eleatica, Pythagorica, Socratica.
- b. Socratis discipuli: & quidem *Non sectarii*: Xenophon, Cebes, Aeschines. *Sectarii*, auctores sectarum, Antisthenes & Diogenes Cynicæ, Zeno Stoicæ, Plato academicæ, Aristoteles Peripateticæ.
- c. Alii eruditæ: & quidem *Historici*: Herodotus, Thucydides, Xenophon. *Rhetores*: Isocrates, Demosthenes, Aeschines. *Poetae*, tam Lyrici: Pindarus, Alcæus, Anacreon; quam Tragici: Aeschilus, Sophocles, Euripides, & Aristophanes, Comicorum princeps.

ARTICULUS II.

A pontifice Jaldo usque ad dynastiam Maccæbœorum; per annos 155.

SECT. I. *De rebus ecclesiæ & politiæ Judaicæ:*

1. *Res Judæorum generatim*: ubi summi rerum fuit penes Pontifices, quorum hic primus *Jaddus*, ultimus *Alcimus*, quem excepit *Judas Maccabæus*.
2. *Res Judæorum sub Alexandro M.* tempore Jaddi; per hunc ipsis conciliato: ubi hujus frater Manasses, gener Sanballati, præfecti inter Samaritanos Persici, in monte Garizim templum extulit: quod 200. annis stetit, ab Hyrcano deinceps destructum.
3. *Res Judæorum afflictæ sub regibus Aegypti*, Ptolemæo Lagi, Philadelpho litterario, Evergete, Philopatore.
4. *Res Judæorum afflictæ a regibus Syriae*, Seleuco Nicanore, Antiocho M. Seleuco Philopatore.

SECT. I.

PERIODUS VII.

17

SECT. II. De synchronismis historiae Judaicæ expositis.

1. Res Græcorum: ubi imperium

Conjunctum sub Alexandro M.

Divisum in quatuor majora regna:

Macedonicum, sub quo Græcia & Thracia;

Asiaticum, sub quo Asia minor & Persia ex parte. Hoc regnum fuit *conjunctum* sub Antigono, deinde *divisum* in quatuor minorā, Pergamenum, Ponticum, Armenicum, Parthicum.

Syriacum, sub quo Syria, Cilicia, Phœnicia, partim etiam Chaldaea, Media & Persia.

Aegyptiacum, sub quo Lybia & Arabia.

2. Res Romanorum: ubi bella

Intra Italianam, Tarentinum, Ligusticum, Illyricum.

Extra Italianam: ubi

Punicum primum, secundum, tertium.

Macedonicum, itidem triplicatum.

Syriacum, Aetolicum, &c.

3. Res litteraria: & quidem

Græcorum: ubi floruerunt

Philosophi sectarii: Platonici, Peripatetici, Stoici, Epicurei: item Sceptici.

Eruditi & scriptores alii: inter Mathematicos Euclides & Archimedes. Inter Poetas Lycophron, Aratus, a Paulo allegatus Actor. 17, 27. Inter Historicos Manethon Aegyptius.

Romanorum: inter quos inclaruerunt Livius Andronicus, poeta comicus, Ennius, Cæcilius, Pacuvius, Latinitatis adhuc incultæ auctores.

B

ARTI-

ARTICULUS III.

Ad dynastia Maccabæorum & familiæ Herodia-

næ, usque ad Christum natum annor. 171.

SECT. I. De rebus ecclesiæ & politiæ Judaicæ sub dy-

naстia Maccabæorum.

1. Res gestæ *Matthatia* sacerdotis, qui hostibus profligatis moriturus quinque filiis, *Joanni*, *Simoni*, *Judæ*, *Eleazaro* & *Jonathani* ecclesiæ & reipublicæ curam committit, *Juda* belli duce constituto.
2. Res gestæ *Judæ*, qui, vicinarum gentium visor, pontificatum naestus fœdus cum Romanis init.
3. Res gestæ *Jonathanis*, qui fratri, in principatu & pontificatu successor, devictis hostibus fœdus cum Romanis & Spartanis renovat. Hoc tempore *Onias*, a pontificatu depulsus, templum condit in Aegypto, quod usque ad a. C. 76. in usu perficit, a *Lupo*, Romano præside, clausum.
4. Res gestæ *Simonis*, fratris *Jonathanis*, qui in utroque munere felix fœdus cum Romanis & Spartanis renovat, & grandævus reipublicæ administrationem *Joanni* & *Judæ*, filiis suis committit.
5. Res gestæ *Joannis*, cognomento *Hyrcani*, qui, patri in utroque officio successor datus, templum Samaritanum destruit, Idumæam subiugir, & fœdere cum Romanis renovato, successorem relinquit filium *Aristobulum*.
6. Res gestæ *Aristobuli*, qui, regio diadematæ & titulo

titulo sumto, exacto anno regni primo dece-
dit, Alexandro fratre regnum cum pontifica-
tu capessente: quo mortuo uxori Alexandra
regnum obtinet, & filio Hyrcano pontifica-
tum procurat.

7. Res gestæ *Aristobuli II.* qui, fratrem Hyrcanum
II. æmulum, & Antipatrum Idumææ princi-
pem adversarium expertus, a Pompejo capti-
vus Romam mittitur, Judæa Romanis subje-
cta.

SECT. II. De Romanorum & familiæ Herodianæ re-
bus gestis in Judæa.

I. Res gestæ Romanorum

- a. *Pompeji*, qui expugnata Hierosolyma Judæ-
am Romanis fecit tributariam, templi
vero interiora ingressus nihil attigit.
- b. *Gabinii*, Syriæ præsidis, qui Aristobulum
Roma profugum coeret.
- c. *Crasii*, qui in expeditione adversus Parthos
templum spoliat.
- d. *Julii Cæsaris*, qui, pro latis contra Pompe-
jum auxiliis, Hyrcano pontificatum confir-
mat, & Antipatrum Judææ procuratorem
constituit.
- e. *Casii*, qui Herodem Coælesyriæ præficit.
- f. *Antonii*, qui Herodem tetrarcham, & de-
inceps Romæ in senatu regem constituit
Judææ.

B 2

2. Res

2. Res gestæ *Herodis & Herodianæ familie.*

a. *Antipater*, Idumææ princeps, a Julio Cæsare Judææ procurator constitutus, filio Herodi Galilææ principatum tradit.

b. *Herodes* post funesta initia regnum obtinet & inter multa alia templum magnificenter exornat, & secundo post Christum natum anno obit, Archelao filio successore relieto. Antipa autem Galilææ & simul Perae tetrarcha constituto. &c.

Sect. III. De synchronismis historiae exoticæ.

1. Res *Græcorum* in regibus

Syriae, inter quos præcipue notandus est Antiochus Epiphanes.

Aegypti, quorum ultimus fuit Ptolemæus Dionysius, & post eum Cleopatra.

2. Res *Romanorum*, qui post bella externa & interna imperium condiderunt monarchicum.3. Res *litteraria*: ubi floruit

Inter *Græcos* Polybius & Diodorus Siculus.

Inter *Latinos*, & quidem

Poetas Lucretius, Catullus, Virgiliius, Horatius, Ovidius.

Historicos Salustius, Julius Cæsar, Cornelius Nepos, Livius.

Inter alios Varro, Cicero, Vitruvius &c.

Huc accedit appendix de præcipuis antiquitatibus Judæorum ecclesiasticis: de synagogis, proselyris, seftis, kabbala, synedrio magno.

HISTO.



HISTORIAE ECCLESIASTICAE
NOVI TESTAMENTI
EPITOME.

SECULI PRIMI.

CAP. I.

De statu reipublicæ & ecclesiæ Judaicæ.

MEMBRUM I.

De statu reipublicæ Judaicæ.

ARTICULUS I. De regno familie Herodiane.

1. *Herodes M.* cuius notentur ortus, principatus Galilææ, Romana ad regnum inaugratio, regni initia & administratio, testamentum terminatum, morbus fatalis, exequiæ plus quam regiae.
2. *Archelaus*, qui, regni divisi consortes naētus Antipam & Philippum, Viennam in Galliam relegatus, Judæa in provinciæ Romanæ formam redacta, *Herodem Antipam*, in historia Joannis & Christi notatum, sed tandem Lugdunum in Gallia relegatum, diu habuit superstitem.
3. *Agrippa senior*, Herodes ordine III. dictus, ab angelo Domini percussum perire AEt. XII.
4. *Agrippa junior*, qui post excidium usque ad seculi finem in obscurō vixit.

ARTICULUS II. De præfectura Procuratorum Romanorum, cum dynastia familie Herodianæ conjuncta: ubi inter Procuratores XIV. præcipue notandi sunt *Pontius Pilatus*, *Claudius Felix* & *Porcius Festus*, in historia sacra noti. Conferatur hic uberior tractatio de *Spoliis templi Hierosol.* Romam in triumphum abductis.

MEMBRUM II.

De statu ecclesiæ Judaicæ.

ARTIC. I. *De tenebris ecclesiæ Judaicæ sectaria ratio-*
ne sectæ Pharisaorum & Sadducæorum, ex histo-
ria evangelica notorum: ubi indicatur, Essæos
cum Therapeutis merito haberi pro philosophis
orientalibus judaizantibus.

ARTIC. II. *De veritatis ac pietatis luce & praxi in*
tenebris istis adhuc residua: ubi

1. *Depositum Scripturæ V. T. inæstimabile.*
2. *Cultus Dei ad ejus præscriptum comparatus.*
3. *Exempla cultorum Dei.*
4. *Dogma de S. Trinitate, etiam in libris apocry-*
phis, Targumim & scriptis Philoniis.

MEMBRUM III.

De Scriptoribus rerum Judaicarum.

ARTIC. I. *De Flavio Josepho:* ejus genus, educatio,
secta, peregrinatio Romana, reversi studium pa-
cis, præfectura Galilææ politica & militaris, ex-
peditiones variæ, captivitas, prædictio impera-
toriæ dignitatis, comitatus Vespasiani & Titi, li-
bri Romæ scripti, status animi, nævi, merita, lo-
ca de re christiana tria, primus de Joanne bapti-
sta, secundus de Christo, tertius de Jacobo Apo-
stolo.

ARTIC. II. *De Philone Judeo:* ejus patria, dignitas,
ætas, nominis celebritas, actio nobilissima, scri-
ppta plurima, libri duo historici, modus docendi
allegoricus, ðeōv scriptorum in dogmate de my-
sterio Trinitatis.

CAP.



CAP. II.

De ipso Jesu Christo & ejus Apostolis.

MEMBR. I. De *ipso Jesu Christo*: ejus momenta vitæ priora, media, & ultima.

MEMBR. II. De *Apostolis Christi*: ubi

1. Notitia de Apostolis generalior.

2. Acta, præcipue Petri.

3. Acta Apostoli Pauli ad ducentum Lucæ.

4. Acta Apostolorum reliqua.

MEMBR. III. De *ecclesiæ fundatione & propagatione*.

1. Plantatio ecclesiæ intra Palæstinam.

2. Propagatio extra Palæstinam: ubi Æccl. ratione temporis, ministrorum, modi, personarum & adjuncti in cruce.

CAP. III.

De Scriptoribus sacris & ecclesiasticis.

MEMBRUM I. De *Scriptoribus sacris*: ubi

1. Scriptio & series librorum sacrorum: in primis epistolarum Pauli, quarum aliæ priores ad Thess. ad Corinth. & Rom. aliæ mediæ, ad Philem. Col. & Phil. & ad Hebræos, aliæ ultimæ: ad Tim. Titum & Ephesios.

2. Constitutio canonis biblici, respectu fundamenti, rationis formalis & consequentis proximi.

3. Momenta librorum reliqua.

MEMBRUM II. De *Scriptoribus ac scriptis pseudepi-graphis & supposititiis*, ratione Evangeliorum, Actorum Apost. Epistolarum & Apocalypses.

MEMBRUM III. De *Symbolo Apostolico*, quod consideratur ratione nominis, originis & articuli de descentu Christi ad inferos &c.

B 4

CAP.

CAP. IV.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBRUM I. De *regimine ecclesiæ*, quod fuit Christocraticum in æqualitate jurium inter doctores & auditores: ubi inter alia probatur, Petrum non fuisse Romanum episcopum.

MEMBRUM II. De *disciplina ecclesiastica*, opposita scandalis doctrinæ & viræ, & ultra elenchum & fugam hæreticorum non progressa.

MEMBRUM III. De *ritibus ecclesiasticis*: quorum principium fuit libertas, nec non simplicitas & paucitas, & forma εὐταξία, finis ædificatio. Accedit monitum de statu ecclesiæ Bohemicæ parallelo,

CAP. V.

De malo ecclesiæ interno in hæresibus.

MEMBRUM I. De *hæresibus & hæreticis* in ipso codice N. T. memoratis: ubi prædictio, & *quinque doctrinæ capita* per hæreses depravata: nempe de persona & officio Christi, de justificatione, renovatione & libertate Christiana.

MEMBRUM II. De *hæresibus* a scriptoribus ecclesiasticis ad sec. I. relatis: ubi hæretici *Veri nominis*, Cerinthiani & Nicolaitæ. *Falso crediti*: Simon Magus, Ebionæi, Nazaræi. Iste enim hæretico quovis fuit deterior, hi autem genuini Christiani, per scomma sic appellati.

CAP.

CAP. VI.

De malo ecclesiæ externo.

- I. *Mysterium crucis*: ubi crucis differentia, diversitas alia, personæ afflictæ & affligentes, causa afflictionum, afflignantum prætextus, accusationum falsarum summa, indoles afflictorum, documentum providentiaæ divinæ triplex, afflictionum effectus.
- II. *Tempestas sub Nerone*: ejus fontes, occasio, gravitas, nomina martyrum, extensio, initium, duratio.
- III. *Tempestas sub Domitiano*, circa seculi finem: ubi fontes, martyrum præcipui (Joannes Ap. Flavius Clemens & Flavia Domitilla, Acilius Glabrio, Antipas Pergamenus) extensio, duratio.

CAPUT VII.

De Synchronismo Imp. Rom. & rei litt.

- I. *Imperii Romani*: ubi inter imperatores 12. unus fuit felicissimus, Octavius Cæs. Augustus, tres laudabiles Fl & Titus Vespasiani, & Cocceius Nerva. Quinque pessimi: & tres tantum aliquot mensium principes.
- II. *Rei litterariae*
- Inter Christianos vide Cap. 3.
- Inter Iudeos, inter quos floruit schola Hilleliana & Shammajana.
- Inter paganos: & quidem Græcos, Strabo & Epi-
ctetus: inter Latinos Grammatici, historici,
poetæ, philosophi, medicus unus Cornelius
Celsus, Geographus unus, Pompon. Mela, epi-
stolographus unus, Plinius Secundus junior.

SECULI SECUNDI

CAPUT I.

De Scriptoribus ecclesiasticis.

MEMBR. I. De *Scriptoribus e sec. I. superstitibus.*

1. *Ignatius*: ejus cognomen Θεοφόρος, munus, colloquium cum Trajano, martyrium, epistolæ residuae.

2. *Polycarpus*: ejus institutio, munus, apophthegma, martyrium, epistola.

MEMBR. II. De *Scriptoribus mediis* : ubi

1. *Justinus Martyr*: ejus patria, studia, conversio, expeditio Romana, colloquium cum Tryphonie, martyrium Romanum, scripta:

2. *Quatuor scriptores alii*: Athenagoras, Theophilus, Tatianus, Hermias.

MEMBR. III. De *Scriptoribus ultimis* :

1. *Irenaeus*: ejus patria, munus, legatio Romana, martyrium, libri quinque

2. *Clemens Alexandrinus*: ejus conversio, munus, scripta.

3. *Septimus Florens Tertullianus*: ejus patria, studia, munus, nævus, scripta.

MEMBR. IV. De amplissima ecclesiæ propagatione, e verbis Plinii, Irenæi & Tertulliani declarata.

C A P. II.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBR. I. De *regimine* eccles.MEMBR. II. De *disciplina* eccles.MEMBR. III. De *ritibus* ecclesiasticis :

1. De ritibus cultus publici.

2. De ritibus circa baptismum & sacram cœnam.

C A P.

CAP. III.

De malo ecclesiæ interno.

Prolegomena de virtutibus & defectibus hæresiologiae, praemissa hæreseos definitione.

MEMBR. I. De *Gnosticis*: ubi

1. Valentiniani ex Irenæo præcipue descripti,
2. Marcion cum Cerdone.
3. Præxaeas a Tertulliano refutatus.
4. Hermogenes cum reliqua Gnosticorum colluvie.

MEMBR. II. De *Schismatibus & controversiis*.

1. Schisma Montani: ejus denominatio, discessio ab ecclesiis orthodoxis, natura errorum.
2. Schisma Encratitarum auctore Tatiano.
3. Schisma in causa celebrandi Paschatis, opera Irenæi sublatum.

CAP. IV.

De malo ecclesiæ externo.

Prolegomena de paganorum calumniis, ratione doctrinæ, vitæ & cultus christianorum.

Tempestas sub Trajano, & quidem in Syria, Palæstina & præcipue in Bithynia, teste Plinio in epistola.

Tempestas sub Antonino Pio; ejus causa, martyrum præcipui, cessatio apologiis effecta.

Tempestas sub M. Aurelio Antonino philosopho: ejus monumentum ἀξιόπιστον, martyrum præcipui, extensio, sedatio, legione fulminatrici a Deo pluviam impetrante.

CAP.

CAP. V.

De Synchronismo.

MEMBR. I. De *Synchronismo Imp. Romani*:

1. M. Ulpianus Trajanus a. 98 - 117. Symb. *Qualis rex, talis grex.*
2. Aelius Hadrianus a. 117 - 138. Symb. *Non mihi, sed populo.*
3. Antoninus Pius a. 138 - 161. S. *Melius est servare unum civem, quam mille hostes occidere.*
4. M. Aurelius Antoninus Philosophus a. 161 - 180. S. *Regni clementia custos.*
5. L. Anrelius Commodus a. 180-192. S. *Pedentim.*
6. Helvius Pertinax & 7. Didius Julianus.
7. Septimius Severus a. 193 - 211. S. *Laboremus.*

MEMBR. II. De *Synchronismo rerum Iudaic.* ubi Ju-
dæorum clades

1. Sub *Traiano*, ob rebellionem motam.
2. Sub *Hadriano*, ob rebellionem renovatam.

MEMBR. III. De *Synchronismo rei litterariae*

1. Inter *Christianos*: vide cap. I. & adde versionem Syriacam N. T. &c.
2. Inter *Judeos* in schola Hilleiana, & versionibus T. T. Græcis Aquilæ, Theodotionis & Symmachii.
3. Inter *Paganos*: & quidem Græcor: ubi Historici, Philosophi, Grammatici cum Mathematico, Ptolemæo, & Medico, Galeno.

Latinos: ubi Historici: Corn. Tacitus, Florus, Suetonius, Justinus. Philosophus, Apulejus; Grammaticus, A. Gellius.

SECU-

SECULI TERTII.

CAP. I.

De Scriptoribus ecclesiasticis.

MEMBR. I. De Scriptoribus Græcis:

1. *Origenes*: ejus institutio, martyrii desiderium, eruditio, munus, pericula & adversa, labo-randi assiduitas, opus bibliicum, opera exeg-e-tica, itinera, migratio, innocentia, nævi, ad-versarii, amici, obitus.
2. *Hippolytus*, Portuensis episcopus & martyr: cu-jus scriptorum medulla in doctrina de my-storio Trinitatis & de persona Christi.
3. *Gregorius Magnus*, seu Thaumaturgus Neoca-sareensis in Ponto episcopus, alter Moses.
4. 5. *Dionysius & Methodius*.

MEMBR. II. De Scriptoribus Latinis:

1. *Cyprianus*: ejus patria, conversio, munus Car-thaginiense, secesus, negotia ecclesiastica, ex-ilium, martyrium, vita sanctimonia, scripta præclara.
2. *Minucius Felix*, Afer, dialogo clarus.
3. *Arnobius*, Afer, libris septem adversus gentes pro religione christiana inclytus.

Appendix de propagatione ecclesiæ, auctæ non membris solum, sed novis etiam cœtibus, in-primis in Scotia. Inter principes *Mammæa Augusta*, Alexandri Severi, *Cryptochristiani*, mater.

Notandus hic est ille *religionis christianaæ char-acter* divinus, quod inter tempestates horribiles ea subinde majora coepit incrementa, mysterio crucis sic triumphante.

CAP.

CAP. II.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBR. I. De conciliis & regimine.

Conciliorum, sed particularium tantum, præcipua fuerunt Africana, & quidem Carthaginensis inter quæ eminet quintum de baptismo infantum.

Regimen ecclesiæ mansit adhuc penes singulos ordines, sed non sine prærogativa episcoporum.

MEMBR. II. De disciplina & ritibus ecclesiasticis.

Disciplina versabatur circa lapsos. Lapsus circa vero committebatur partim per graviora vitae scandala, partim per abnegationem religionis christianæ, in primis tempore tempestatis Decianæ.

Lapsi erant vel *thurificati*, vel *sacrificantes*, vel *libellatici* & *traditores*.

Disciplina urgebat confessionem publicam, conjunctionem cum certis pœnitentiæ gradibus, qui erant: fletus, auditio, prostratio, consistentia.

Origenis tempore *confessio publica* mutata fuit in privatam, remanente tamen satisfactione & absolutione aliqua publica.

Ritus hic acceperunt accessionem, speciatim in *baptismo* per impositionem corone & gestationem vestis albæ: nec non circa defunctos, præcipue martyres in commemoratione anniversaria per sermones panegyricos. Acceserunt apud nonnullos preces pro mortuis, non vero ad mortuos.

CAP.

CAP. III.

De malo ecclesiæ interno in hær. & schism.

HAERESIS hic duæ:

Una *Noetianorum*, seu *Sabellianorum* & *Samosatena-*
norum, item auctore *Praxea Patrīpafianorum*, in
doctrina de Deo: quem uti essentia, sic etiam per-
sona tantum unum staruerunt.

Altera *Manicheorum*, auctore Manere Persa: ejus fœ-
ditas summa, in sentina multarum hæresium, &
contagio stupenda.

SCHISMATA hic itidem duo:

Unum *Novatianum*, Novato Carthaginensi, & *Novatia-*
no, Romano presbytero auctoribus, adversus Cor-
nelium, episcopum Romanum, circa receptionem
lapsorum.

Alterum inter *Cyprianum Carthag.* & *Stephanum Ro-*
manum, episcopos, ipsorumque ecclesiās.

CAP. IV.

**De malo ecclesiæ externo in tempestatibus,
quarum**

Prima sub *Septimio Severo*, quæ summæ fuit atroci-
tatis: ubi martyres Leonides, Irenæus, Perpetua &
Felicitas &c.

Secunda sub *Maximino Thrace*, qua præcipue in do-
ctores ecclesiæ fuit sevitum.

Tertia circa seculi medium sub *Decio*: cujus gravi-
tas fuit summa, cum effectu & adjuncto *vita ana-*
choristica.

Quarta sub *Valeriano*: inter martyres eminuit *Cyprianus* &
Laurentius. Tyrannus vere a Persis captus vivus fuit ex-
uriatus.

Quinta, ad seculi IV, initia pertinens, sub *Diocletiano* & *Con-*
stantini anticasaribus.

CAP.

CAP. V.

De Synchronismo.

I. Imperii Romani: ubi inter imperatores XVII. notandi:

Caracalla: S. Omnis in ferro salus.

Heliogabalus, monstrum hominis.

Alexander Severus. S. Quod tibi, hoc alteri.

Gordianus. S. Princeps miser, quem latet veritas.

Decius. S. Apex magistratus auctoritas.

Valerianus, a Sapore, R. P. exoriatus.

Flavius Claudius. S. Rex viva lex.

*Aurelian*us: S. Quo major, eo placabilior.

Diocletianus: S. Nihil difficultius, quam imperare.

II. Rerum Judaicarum: ubi

1. *Afflictio* magna, teste Tertulliano.

2. *Multitudo* incredibilis, in primis in Aegypto.

3. *Res litteraria & ecclesiastica* in conflato corpore doctrinæ, quod Talmud Hierosolymitanum dicitur.

III. Rei litterariae: & quidem

1. *Inter christianos* sec. cap. I. Huc referri videntur sic dictæ Constitutiones Apostolicæ cum Canonicis Apostolicis.

2. *Inter paganos*: & quidem

Græcos: ubi floruerunt Herodianus & Dio Cassius, historiæ Augustæ scriptores, nec non philosophi: Plotinus & Porphyrius, etiam Malchus dictus.

Latinos: & quidem historiæ Augustæ scriptores: Spartanus, Capitolinus, Lampridius &c. Jurisconsulti: Papinianus, Pomponius, Ulpianus, Paulus. Porro Grammaticus, Censorinus, & rei rusticae scriptor, Palladius.

SE.

SECULI IV. CAP. I.

De Scriptoribus ecclesiasticis.

GRAECI:

1. *Eusebius*: ejus parria, cognomen Pamphili, munus, negotium in concilio Nicæno, scripta.
2. *Athanasius*: ejus munus, negotium in concilio Nicæno, fara, indoles, scripta.
3. *Cyrillus Hierosolymitanus*: ejus munus, certamina, scripta.
4. *Epiphanius*: munus, certamina, scripta.
5. *Ephrem Syrus*: ejus vita anachoretica, scripta.
6. *Basilius M.* munus, obitus, scripta.
7. *Gregorius Nyssenus*: munus, scripta &c.
8. *Gregorius Nazianzenus*: munus, scripta.
9. *Macarius*: ejus vita anachoretica, scripta.
10. *Joannes Chrysostomus*: ejus munus, adversa, scripta.

LATINI:

1. *Laetantius Firmianus*: munus, scripta.
2. *Hilarius Piëtaviensis*: munus, exilium, scripta.
3. *Damasus*: munus, motus, scripta.
4. *Optatus Milevitanus* & 5. *Philastrius*.
6. *Ambrosius*: ejus munus, certamina, auctoritas, obitus, scripta.
7. *Rufinus*: ejus vita anachoretica, contentio cum Hieronymo, scripta.
8. *Hieronymus*: ejus studia, peregrinatio & vita in oriente anachoretica, nævi & scripta.
9. *Aurelius Augustinus*: ejus studia, conversio, munus, merita, opera.
10. *Pontius Paulinus*: ejus dignitas senatoria, peregrinatio, munus, scripta.

C

CAP.

CAP. II.

De rebus Constantini M. ecclesiasticis.

MEMBR. I. De Constantini conversione: ejus

1. *Occasio quadruplex*: incrementa rei christianæ,
exemplum parentum, victoria, visio crucis:2. *Tempus a. Ch. 312. imperii sextus.*3. *Consequens*, usus crucis.4. *Adjunctum* in baptismo dilato.

MEMBR. II. De Constantini meritis in ecclesiam.

1. *Pax ecclesiis data.*2. *Instauratio & amplificatio ædium eccles.*3. *Donationes* in ædes ecclesiasticas.4. *Immunitates* clericorum.5. *Studium* in tollendis dissidiis.6. *Sanctio legum* plurimarum.7. *Libertas* divini cultus concessa.8. *Patrocinium* Christianorum in Persia.9. *Divini cultus* exercitium in aula &c.

MEMBR. III. De nævis & abusibus istorum meritorum.

1. *Propagatio* christianismi externa potius, quam
interna & genuina.2. *Pompa & magnificentia* in ædibus eccles.3. *Dedicatio* ædium istarum sumtuosissima.4. *Superstitionis* in usu crucis militari.5. *Nimia potestas* in sacris.6. *Libertas* cultus divini nimis circumcisæ.7. *Abusus* lenitatis & liberalitatis.

MEMBR. IV. De propagatione ecclesiæ inter

Indos, opera Frumentii.*Iberos* Asiaticos, ministerio mulieris christianæ.*Gothos & Saracenos* &c.

CAP.

CAP. III.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBR. I. De Conciliis: ubi Oecumenica duo:

NICAENUM, ejus:

1. *Locus*, Nicæa in Bithynia.

2. *Tempus* a. 325.

3. *Causa* impellens, hæresis Ariana.

4. *Auctor* convocationis, Constantinus.

5. *Membra*, episcopi 318.

6. *Præses*, ipse imperator.

7. *Acta* præcipua: damnatio hæreſeos Arianæ, com-
positio controv. de paschate &c.

8. *Canones* XX. de regimine & disciplina.

9. *Adjunctum* epistola Constantini synodica.

10. *Consequens*, primum lætum, deinde luctuosum.
CONSTANTINOPOLITANUM: ejus

1. *Tempus*, a. Chr. 381.

2. *Causæ* impellentes: hæresis Macedonii & Photia-
ni: & negotium episcopatus Constant.

3. *Membra* episcopi 150. ex Arianis & Macedonianis
assessores 36. episcopo Romano nequidem per le-
gatos comparente.

4. *Præses*, Nectarius, & alii.

5. *Conventus* duo: a. 381. 382.

6. *Acta* præcipua:

Confirmatio confessionis Nicænae.

Gregorii Nazianzeni abdicatio.

Dioecelium ecclesiasticarum distinctio.

Secundus honoris locus, episcop. Const. datus.

7. *Effectus* magna ex parte irritus.

Concilia particularia fuerunt quam plurima, numero 89, eaq;
vel orthodoxorum, vel heterodoxorum, in primis Arianos-
rum & Donatistarum.

MEMBR. II. De regimine & disciplina.

REGIMENTUM hoc sec. magnam subiit mutationem, partim imperantibus, partim episopis delatum, & ecclesia ipsa in statum τῶν νηπίων redacta.

Episcoporum eminentia indulgentia principum valde invaluit. Et ad clericorum ordines accesserunt archidiaconi, chorepiscopi, metropolitani, exarchi.

DISCIPLINA partim rigorem retinuit auxilque, partim amisit, & confessio publica in privatam, sed ab hodierna diversam, est mutata.

MEMBR. III. De ritibus eccles. & vita monastica.

RITUS valde sunt multiplicati: cuius rei causae fuerunt: cultus interni desertio, episcoporum auctoritas, confluxus paganorum ad ecclesiam.

Templorum forma & dedicationes affectatae.

Missa seu missio erat catechumenorum

In baptismo adhibiti sunt cerei.

In sacra coena prosphonema: *sursum corda!*

In precationibus sanctitae sunt horae canonicae.

Festis accessit festum nativitatis Christi.

Navi rituum fuerunt varii.

MONASTICAE VITAE notanda sunt:

1. *Occasio*, vita anachoretica.

2. *Auctores* præcipui, Paulus & Antonius, Hilarion.

3. *Instituta* ad pietatem & studia composita.

4. *Diversa* foeminarum, nonnarum, collegia.

5. *Admiratores* nimii, Patres ecclesie.

6. *Multitudo* monachorum incredibilis, præcipue in Aegypto & Palæstina.

CAP.

CAP. IV.

De malo ecclesiæ interno.

MEMBR. I. De Hæresibus, Ariana & Photiniana.

ARTIC. I. De Ariana : ejus

1. *Auctor*, Åperio, Arius, presbyter Alexandrinus.
2. *Occasio*, Alexandri ep. disquisitio curiosior.
3. *Causa* impellens, spes episcopatus ademta.
4. *Capita* præcipua de Christo & Spiritu S.
5. *Motus*, qui inde orti, gravissimi.
6. *Fautores*, multi episcopi.
7. *Malæ artes* adversus catholicos.
8. *Remedium* quæsitum potius, quam obtentum.
9. *Antagonista* præcipuus, Athanasius.
10. *Progenies* in Macedonianis &c.

ARTIC. II. De Hæresi Photiniana : ejus

1. *Auctor*, Photinus, Sirmiensis in Illyrico episcop.
2. *Dogma* de divinitate Christi & Spir. S. negata.
3. *Damnatio* facta in multis conciliis: in primis Const.
5. *Propago nova* in Socinianis.

MEMBR. II. De schismate Donatiano & hæresiopœia.

ARTIC. I. De schismate Donatiano : ejus

1. *Tempus*, idem quod hæreseos Arianæ.
2. *Occasio*, Lucilla, fœmina opulenta & factiosa.
3. *Auctor* præcipuus, Donatus.
4. *Errores* diaeritici de ecclesia, baptismo, ministerio ecclæstico.
5. *Remedium* in diversis conciliis quæsitum, &c.

ARTIC. II. De Hæresiopœia : ejus

1. *Personæ* præcipuae: Clerus.
2. *Causæ*, fastus, affectata potestas.
3. *Modus* diversus in insectatione innocentium & elencho præpostero adversos hæreticos.
4. *Malæ artes* variæ cum subsidio.
5. *Exempla extantiora* in controv. Ariana, in censoribus Orogenis, & in hæresiologia veterum.

CAP.

CAP. V.

De malo ecclesiæ externo.

Tempeſtates ſub idololatris, Diocletiano, Sapore, & Juliano, qui christianum evertre ſtuduit, partim inſidiis, partim aperta vi, ſed exitu funefo, *Tempeſtates* a factionibus Arianorum:

Sub Constantio, & inprimis sub Valente: ubi

1. *Cauſa* impellens, uxor Ariana,

2. *Multitudo* martyrum magna,

3. *Duratio* ſatis longa ab a. 370 - 378. quo anno tyrannus misere periit, flammis exuſtus.

CAP. VI.

De Synchronismo.

I. *Imperii Romani*: ubi

Constantius cum Collega Galerio, S. Virtus dum patitur, vincit,

Constantinus M. S. Immedicable vulnus eſſe recid.

Constantius II. Arianus. S. Patiens ſit principis auris.

Julianus apostata, Jovianus, Valens, Gratianus, Theodosius M. Arcadius cum fratre Honorio.

II. *Rerum Judaicarum*: quæ fuerunt partim florentes, inprimis ſub Juliano, partim afflictæ.

III. *Rei litterarie*, & quidem

Christianorum ſec. cap. I.

Paganorum: ubi

Inter Græcos Libanius & Eunapius, nec non Themistius & Jamblichius,

Inter Latinos. Aurel. Victor, Eutropius, Ammianus Marcellinus, Aurelius Symmachus, Vegerius, Macrobius, criticus & antiquarius.

SEC.

SECULI V. ET VI.

CAP. I.

De Scriptoribus ecclesiasticis.

GRAECI: & quidem

Seculi V. Marcus exercitator, *Severianus Syrus*, *Pal-ladius Galata*, *Nonnus poeta*, *Synesius e phil.* Platon. episcopus, *Isidorus Pelusiota*, *Cyrillus Alexand.* turbulenti ingenii episcopus, *Theodo-ritus*, scriptis clarus, *Socrates*, *Eusebii in histo-ria eccles.* continuator, *Sozomenus item*, *Phi-lostorgius*, *Nilus*, ex urbis praefecto monachus Nitriensis.

Seculi VI. Jo. Maxentius, *Scytha*, *Procopius*, qui in Justiniani rebus gestis res ecclesiæ attigit; *Agapetus*, libro de officio boni principis no-tus, *Anastasius Sinaita*, senior & junior, *Eulo-gius*, patriarcha Alex., *Leontius*, *Evagrius hi-storicus*.

LATINI: & quidem

Seculi V. *Sulpitius Severus historicus*, *Aur. Prudi-* dientius poeta, *Paulus Orosius Hispanus*, *Mari-* us Mercator, *Maximus*, *Hilarius Arelatensis e-* pisc. *Jo. Cassianus Scytha*, *Cæl. Sedulius poeta*, *Salvianus*, *Prebyter Massil.* *Petrus Chrysologus*, *Claiid. Mamertus*, *Prosper Aquitanus &c.*

Seculi VI. *Cæsarius*, *Fulgentius*, *Boetius*, *Cassio-dorus*, au^tor historiæ tripartitæ, *Benedictus*, ordinis Benedictinorum au^tor, *Dionysius Exi-guus*, *Gregorius Turonensis*, *Gregorius Magnus*.

Propagatio ecclesiæ utroque seculo fuit insignis, in- primis Sec. V. inter Francos & Persas, Sec. VI. in- ter Afros.

C 4

CAP.

CAP. II.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBR. I. De Conciliis.

Seculi V. Quod Oecumenica duo habuit:

1. *Ephesinum* anno Chr. 431. in *causa Nestoriana* de persona Christi, præside Cyrillo Alexandrino: cuius decretum præcipuum de Maria *Geotónω*.

2. *Chalcedonense* a. 451. imperante Marciano, in *causa Eutychiana* de persona Christi, præside Anatolio. E. C. & assessoribus 630. ubi sanctæ voces *ἀσύγχυτως*, *ἀρεπτως*, *ἀδιαιρέτως*, *ἀχορίτως*.

Seculi VI. ubi Oecumenicum unicum, *Constantinopolitanum II.* a. 533. imperante Justiniano, in *causa Origenis & Origenistarum*, præside Eutychio, Patr. Constant. & exitu turbulentio.

MEMBR. II. De regimine ecclesiæ: ubi

ARTIC. I. *De aucta principum potestate circa sacra:* ejus occasio, exempla, sanctiones pragmaticæ in codice Theodosiano & Justinianeo, discrepantia a forma regiminis apostolica &c.

ARTIC. II. *De affectato episcoporum dominatu*, speciatim Romanensem: cuius not. caussa externa, prætextus vanissimus, character episcopi oecumenici, contradicatio episcoporum aliorum.

ARTIC. III. *De disciplina eccles.: ubi*

Corruptio summa, sed resticta, collapsæ specimen, quæsita emendatio: ubi notandus locus imp. Leonis Thracis Cod. L. I. tit. 3. *Castus & humiliis nostris temporibus eligatur episcopus &c.*

MEMBR.

MEMBR. III. *De ritibus & re monastica.*

ARTIC. I. *De ritibus.*

Seculi V. Ubi adhuc continuati applausus in conc.
basilicæ certarum personarum memoriae con-
secratæ, baptismus in baptisterio administra-
tus, clericorum vestitus diacriticus, nimia cœ-
libatus admiratio &c.

Seculi VI. Quo labente magna facta est rituum
multiplicatio per *Gregorium I.* magistrum ce-
remoniarum. Viguit hic superstitionis jejunii
quadragesimalis observatio, inter festa alia ac-
cessit illud annunciationis Mariæ, introductæ
sunt processiones, cum reliquiarum superstitione
& miraculorum fictione.

ARTIC. II. *De re monastica:* quæ, post incrementa alia,
circa seculi sexti initia singularem accepit perio-
dum in ordine Benedictinorum, aliorum per oc-
cidentem stirpe ac fonte : ejus

1. *Auctor*, Benedictus Italus Nursinus.
2. *Institutum peculiare in forma regiminis præscri-
pta.*
3. *Regulae præcipuae de voto triplici, paupertatis,
obedientiae & cœlibatus.*
4. *Propagatio incredibilis per novos ordines.*
5. *Divitiae regiae*, e superstitionis donationibus & em-
tionibus conflatae : ubi
 - a. *Synchronismus* in monachatu Britanno-
rum.
 - b. *Adjunctum* in monasteriis virginum.
 - c. *Exempla* monachorum singularia inter ori-
entales in utroque Simone Stylite.

CÄP. III.

De malo ecclesiæ interno.

MEMBR. I. De hæresibus utriusque seculi, seculo V.
exortis, & VI. propagatis.

ART. I. De hæresibus eccles. orientalis.

1. *Hæresis Nestoriana*: ejus

Auctor, Nestorius, episc. Conſt.

Occasio, quæſtio: an Maria dicenda sit Θεοτόκος.

Error de persona Christi, logomachia laborans.

Exacerbatio per Cyrilli anathematismos &
Nestorii antianathematismos.

2. *Hæresis Eutychiana*: ejus

Auctor, Eutyches, abbas Conſt.

Occasio, error Nestorii, ad alterum extreum
incautos abducens, ſcilicet ad duarum natu-
rarum in Christo confuſionem.

Approbatio in synodo Ephesina λητεικῆ.

Remedium quæſitum in concil. Chalcedon.

Propaginos diversæ, partim adhuc residuæ.

ART. II. De hæresibus eccles. occidentalis.

1. *Hæresis Pelagiana*: ejus

Auctor, Pelagius, Britannus, Cœleſtio & Juliano
ſociis.

Occatio varia, ſtatus corruptæ naturæ.

Capita præcipua de ſtatu hominis naturali, ſpeci-
atim de libere arbitrio, de ordine ſalutis, Dei
gratia, renovatione.

Propagatio incredibilis cum modo ſophiſtico.

Gravitas summa, ratione fundam. ac ord. ſalut.

Remedium quæſitum in conciliis & scriptis, præcipue
Augustini.

2. *Hæresis Semipelagiana* Maſſiliensium, qui ſalutem partim
naturæ, partim gratiæ tribuebant.

MEMBR.

MEMBR. II. De Hæresiopœia.

ARTIC. I. *De hæresiopœia seculi V.* cuius exempla

1. *Cyrillus Alexandrinus* adversus Novatianos,
Judæos, Nitrienses monachos, & Nestorianos.

2. *Nestorius ipse* adversus Arianos & catholicos,
Theodosium II, his allocutus verbis: *Da
michi, imperator, terram ab hæreticis pur-
gatam, & ego tibi cælum retribuam: me-
cum hæreticos debella, ego Persas tecum de-
bellabo.*

3. *Concilium Ephesinum* oecumenicum adversus
Nestorium & Nestorianos, auctore Cyrillo
Alex. igni oleum addente in turbis ecclesi-
asticis.

4. *Idem cacoethes* in aliquot conciliis partic-
unde exorti sunt motus innumeri, prou-
tulit dominatus episcoporum.

ARTIC. II. *De hæresiopœia seculi VI.* ubi exempla:

1. *Concil. Oecumen. V.* Constant. II. adversus O-
riginem & sic dictos Origenistas, seu Ori-
genis amatores & defensores, auctore Eu-
stochio episcop. Hierosol. Hic prima quæ-
stio: *Utrum liceret mortuos anathemati sub-
jicere?*

2. *Synodi particularis*; ubi orientales occiden-
talibus multo fuerunt corruptiores, famu-
lante theologia eristica & arte rhetorica ac
sophistica.

3. *Confictio novarum sectarum*, in quibus plus
logomachiae & αὐτοπολογίας, quam erro-
rum, præcipue hæreticorum fuit.

CAP.

CAP. IV.

De malo ecclesiæ externo.

MEMBR. I. De tempestatibus seculi V.

1. *Persica* sub Isdegerde ejusque filio.

2. *Vandalica* per Africam & occidentem, ubi contingit miraculum in iis, qui linguis privati divinitatem Christi confessi sunt.

3. *Hunnica*, mota ab Hunnis, gente Scythica.

4. *Gothica*, illata a Gothis, gente septentrionali immannissima, sub rege Alarico.

MEMBR. II. De tempestatibus sec. VI, ubi itidem

Persica, *Vandalica*, *Ostrogothica*, *Hunnica*.

Alemannica & *Longobardica*.

CAP. V.

De Synchronismo triplici.

MEMBR. I. De synchronismo imperii Rom.

Seculi V. ubi

Arcadius, Theodosii M. filius, cuius uxor Eudoxia, Chrysostomo fuit infensa. S. Summa cadunt subito.

Theodosius junior, seu II. S. Tempori parendum.

Marcianus, S. Pax bello potior.

Leo I. Thrax. S. Regis clementia virtus.

Zeno I sauricus. S. Malo nodo malus cuneus.

Seculi VI. ubi

Anastasius I. S. Mellitum venenum blanda oratio.

Justinus I. S. Quod pudet, hoc pigate.

Justinianus I. S. Summum jus summa injuria.

Justinus II. S. Libertas res inestimabilis.

Tiberius II. S. Stips pauperum thesaurus divitium.

Mauritius, cum familia a Phoca crucidatus. S. Quod timidum, idem crudele.

Not. Imperium occidentale post Honorium & Valentinianum in Augustulo desit, barbaris Italiam occupantibus.

MEMBR. II. De Synchronismo rerum Judaicarum.

Seculi V. ubi momenta

1. *Politicum in Ianiena Alexandrina*, occasione Hieracis, Cyrilli discipuli, in Christianos edita.
2. *Ecclesiasticum in insula Creta*, auctore Pseudomose, Judæos per mare mediterraneum educturo.
3. *Litterarium in Talmude Babylonico absolutum*.

Seculi VI. ubi momentum

1. *Politicum in rebellione a Justiniano suppressa.*
2. *Ecclesiasticum*, in nonnullorum conversione.
3. *Litterarium in novo doctorum Talmudicorum ordine, τῶν Geonim.*

MEMBR. III. De Synchronismo rei litterariæ.

Seculi V. & quidem

Inter Christianos c. 1. hic scholæ & academiæ passim erectæ ac bibliothecæ instructæ sunt. Promulgatus etiam est codex Theodosianus.

Inter Paganos: & quidem Græcos: inter quos floruit Olympiodorus, Zosimus, Hierocles, Aphthonius, Theon, Stobæus. *Inter Latinos* Donatus, Festus, Servius, Grammatici.

Seculi VI. & quidem

Inter Christianos, vid. c. 1. Hic prodiit opera Tribonianii Corpus Juris Justinianœum. Cœpit æra Christi Dionysiana.

Inter paganos, & quidem Græcos, Proclus & Agathias: *inter Latinos* Priscianus.

SECU-

SECVL. VII. ET VIII.

CAP. I.

De Scriptoribus ecclesiasticis.

GRAECI: & quidem

Seculi VII. Hesychius, Theophylactus Simocatta,
Sophronius, auctor chronici Alexand. &c.*Seculi VIII.* Germanus, Joannes Damascenus, Tarasius,
Theophanes, Theodorus, Nicephorus.

LATINI: & quidem

Seculi VII. Isidorus Hispalensis, vir doctrina & scriptis clarissimus, Ildefonsus, Julianus, &c.*Seculi VIII.* Beda, Anglus vir meritissimus, Flaccus Alcuinus, seu Albinus, Caroli M. consiliarius in ecclesiasticis, litterarum in Gallia instaurator, item Paulus diaconus, collector homiliarum: Theodulphus, Leidradus.

Ecclesiae propagatio: eaque

Seculo VII. inter Britannos, ministerio Augustini monachi; inter Frisos opera Egberti, inter Germanos opera Columbani & Kiliani: inter Helvetios, ministerio Galli, unde monasterium S. Galli.*Seculo VIII.* in Thuringia & vicinis regionibus opera Winfridi, seu Bonifacii, Germanorum pseudapostoli.

Hæc pertinent merita Caroli M. scilicet

1. Saxonum conversio ad christianismum.

2. Abbatiarum & episcopatum fundatio, speciatim Osnabrugensis, Paderborn. Mindensis, Hildesiensis, Hamburg. Bremensis, Saligstad. Verdensis, Magdeb.

3. Erectio scholarum, academiarum & collegiorum canoniconorum.

4. Convocatio & directio synodorum.

5. Circumcisio potestatis papalis.

CAP.

CAP. II.

De statu ecclesiae externo.

MEMBR. I. De Conciliis: & quidem

Seculi VII. ubi concilium

Constantinopolitanum III. Oecumenicum VI. in caussa Monotheletarum: quorsum accedit *quini sextum*, ratione disciplinæ eccles. in supplementum præcedentium habitum.

Seculi VIII. ubi concilium

Constantinopol. IV. in caussa imaginum habitum, iconolatriæ & hagiolatriæ laudabiliter oppositum. Cui vero deinceps restitit Synodus Nicæna II. iconolatriam confirmans.

Francofurtanum ad Mænam, anno 794. præside Carolo M. in caussa adoptiana & iconolatriæ habitum, & huic oppositum, trecentis circiter episcopis congregatis.

MEMBR. II. De regimine ecclesiæ & aucto dominatu papali: & quidem

Seculo VII. Quo per occidentem circa seculi initia ortus est *antichristianismus*, auctore Bonifacio III. cuius occasio, eaque proxima, erat cædes Mauritanæ familiæ, a Phoca patrata, & a Bonifacio approbata, hujus successoribus dominatum stabilitib.

Seculo VIII. Quo antichristianismus magna sumvit incremen- ta: ubi iter papas nequissimos eminent:

Constantinus I. qui a Justiniano II. pedum osculum admisit.

Gregorius II. qui imperat. Leonem Isaurum ob iconoclasiam imperio exuit.

Gregorius III. qui regnum Angliæ sibi vestigale fecit.

Zacharias, ministro Bonifacio Mog. Galliæ turbator.

Stephanus II. qui se humeris gestandum præbuit. Quibus reliqui non fuerunt meliores.

MEMBR.

MEMBR. III. De disciplina ecclesiastica: quæ his seculis penitus collapsa: cuius not.

1. *Causa varia*, in primis in cleri dominatu & impunitate, & in principum indulgentia.
2. *Subsidium triplex* in affluentia rerum omnium, lego cœlibatus, & cleri privilegiis.
3. *Monumenta* in canonibus synodicis.
4. *Vigor melioris disciplinæ*, ejusque instauratio a Carolo M. tentata.

MEMBR. IV. De ritibus eccles. & quidem

Seculo VII. Quo invaluit superstitione de altaribus, purgatorio, vestimentis sacris, dierum ac ciborum discrimine, cultu imaginum, adoratione panis eucharistici, sanctorum meritis, item ea de reliquiarum

Thaumaturgia &c.

Seculo VIII. Quo in majus crevit superstitione reliquiarum, religiosas peregrinationes pariens, cum hagiolatria. Nervus vero fallaciarum in fictione ignis purgatorii cumulata, & ad quæstum sic dietarum missarum & oblationum conversa.

MEMBR. V. De incremento rei monasticæ: ejus

1. *Causa*, principum ac plebis ignorantia, & vitæ monasticæ veneratio, ignis purgatorii terriculamentis aucta, ac pseudoapostolis Romanæ sedis procurata.

2. *Incrementum* ipsum in monasteriorum multiplicazione.

3. *Exemplum regum* ac principum aliarumque personarum illustrium, qui huic viræ se addixerunt.

4. *Dedecus præcipuum* in impuro cœlibatu.

5. *Reformatio* a Carolo M. tentata potius, quam effeta.

CAP.

CAP. III.

De malo ecclesiæ interno.

MEMBR. I. *De Hæresibus.**Seculi VII.* ubi

Reliquiae veterum hæresium in oriente & occidente.
Eutychianæ hæres. propagatio in hæresi Monothelitarum.

Seculi VIII. ubi itidem fuerunt veterum hæresium
propagines; & Nestorianæ quidem in Felicianis,
seu Adoptianis.

MEMBR. II. *De Schismate ecclesiæ orientalis & occid.*

Seculo VII. ubi schismatis occasio fuit contentio
de primatu; & causa; fastus Bonifacii III.

Seculo VIII. in controversia imaginum schismatica:

1. *Initia prima seculo IV. & V.*

2. *Progressus sec. VI. & VII.* adhuc limitatus.

3. *Conversio in venerationem Sec. VIII.*

4. *Effectus in iconomachia; a Leone III. Isatio*
procurata, sed subsequentे iconolatriæ re-
stitutione ab Irène facta.

5. *Effectus in aucto utriusque ecclesiæ schismate.*

MEMBR. III. *De Hæretopæia: factitata*1. *In Conciliis*

In Constantinop. III. Oecum. VI. a. 680. adversus
Monothelatas.

In concilio Nicæno iconolatrico.

In synodo Francofurtana adversus Adoptianos.

In aliis synodis per orientem & occidentem.

2. *In dominatu paparum; speciatim Constantini I. Gregorii*
II. & III.

3. *In certamine iconoclastico & iconolatrico.*

4. *In controversia particularibus; & in oppugnatione testi-*
tum veritatis. D CAP:

CAP. IV.

De malo ecclesiæ externo in Muhammed.

1. *Tempus* primi ortus a. 610. sed constitutionis a. 622 Heraclii a. 12.
2. *Auctor* Muhammed, Arabs Meccanus.
3. *Occasio* varia: opes, facies ecclesiæ exulcerata, Ar-
rabum credulitas.
4. *Via* *fraudulenta* in iactatis ecstasibus.
5. *Adjutores*: Sergius monachus Nest. Joannes Aria-
nus, & Abdia Judæus.
6. *Locus* *collectæ* *sectæ*, *Mecca* in Arabia felice,
quorsum *Medinam* *auctor* est dilapsus, posito ter-
mino Muhammedismi critico a. 622.
7. *Doctrinae* *capita*: eaque
Primaria: de Dei unitate, mysterio Trinitatis ne-
gato; de persona & auctoritate Muhammedis,
de religionis novæ systemate, Corano, de Dei
cultu canonico. Item ritus in ablutionibus,
in circumcisione, & in licentia characteristicæ
polygamiæ, concubinatus, divortiorum, rapi-
narum, & proprietate vitæ æternæ Epicurea.
Secundaria: de Christi persona & officio, de Dei
natura & attributis, de rebus moralibus.
8. *Doctrina* *systema* in *corano*: ejus origo & auctoritas fa-
bulosa, compositio, veneratio, veritatis ac matæologijæ
farrago.
9. *Subsidia* *propagandi*: farrago diversorum cultuum ac ri-
tuum, religionis libertas, polygamiæ & concubinatus per-
missio, imposturæ in fictis revelationibus, proscriptio di-
sputationum, vis gladii.
10. *Propagatio* celeritatis stupendæ.
11. *Schismata* *seculorum*.
12. *Differentia* Muhammedanorum a Turcis.

CAP.

CAP. V.

De Synchronismo.

IMPERII ROMANI in oriente.

Seculo VII. ubi

Phocas, Mauritianæ familie cæde infamis.*Heraclius*, sub quo Muhammed. exortus.*Constans II.* qui Irenicū sub nomine *Typi* evulgavit.*Constantinus Pogonatus*, sub quo Saraceni Const. opp.*Justinianus II.* Rhinotmetus, imperio & naso pri-
vatus.

Seculo VIII. ubi præfuerunt

Leo III. Isaurus, iconomachus.*Constantinus V.* Copronymus, contentim dictus.*Leo IV.* iconomachus.*Constantinus VI.* Porphyrogeneta, quo impube-
re imperavit mater *Irene*, altera Jesebel.

RERUM JUDAICARUM: & quidem

Seculo VII. ubi momentum

Politicum in seditione Antiochena & Hierosol.*Ecclesiasticum* in confess. christianismi, sed coacta.*Litterarium* in catalogo celebrium Geonæorum.

Seculo VIII. ubi momentum

Politicum in conspiratione cum Saracenis.*Ecclesiasticum* in exerto Pseudo-Messia &c.*Litterar.* in academia Sorana & Pumbedithana.

REI LITTERARIAE: ubi

Sec. VII. ubi conditæ *Academia*, *Cantabrigiensis* in
Anglia a. 630. & *Erfurtensis* in Thuringia a. 650.Seculo VIII. ubi summa viguit ignorantia, adeo ut
Zacharias papa Vergilium Salisburgensem ob as-
sertos antipodas damnaret.

SECUL. IX. ET X.

CAP. I.

De Scriptoribus ecclesiasticis.

GRAECI: & quidem

Seculi IX. Methodius, Photius, vir stupendæ eruditio-
nis, Metrophanes, Photii adversarius.*Seculi X.* Simeon Metaphrastes, a vitis sanctorum
sic dictus, porro Eutychius, Oecumenius, Com-
mentator in Acta Apost. & Epistolas.

LATINI: & quidem

Seculi IX. Eginhardus, Caroli M. gener & secretari-
us, vitæ ejus descriptæ auctor: porro Agobardus,
Bertramus, Isidorus Mercator, Haymo, episcop.
Halberstad. Rabanus Maurus, vir insignis, Hinc-
marus, Joannes Erigena Scotus, Ado, Anasta-
sius bibliothecarius &c.*Seculi X.* Flodoardus, Witikindus, Ratherius, Luit-
prandus, Roswida, Cœnobii Gandersheimensis
virgo, poetria insignis, Latine & Græce docta.

PROPAGATIO RELIG. CHRIST.

Seculi IX. inter Saxones, speciatim Holsatos: item
inter Danos & Suecos opera Ansgarii: nec non
Hunnos & Avares & gentes Sclavonicas, ministe-
rio Methodii & Cyrilli: & Bulgaros, gentem bel-
licosissimam.*Seculi X.* inter Nordmannos, qui jam Sec. IX. in
Francia Neustriam, deinceps Normanniam dictam,
occupaverant: item inter Polonos, Bohemos,
Moravos; nec non Ruthenos, seu Russos, & Da-
nos ac Norwagos ac Hungaros, stricte sic di-
ctos.

CAP.

CAP. II.

De statu ecclesiae externo.

MEMBRUM I. De Conciliis.

Seculi IX. quorum præcipua fuerunt *Constantinopoli-*
tana, in cauſſa Phorii & Ignatii.

Seculi X. quo in occidentem auspiciis Henrici aucu-
 pis aliorumque bonorum principum habitæ sunt
 plures synodi.

MEMBRUM II. De regimine ecclesiae & dominatu pa-
 parum: & quidem

Sec. IX. ubi inter dominatores post *Joannam papis-*
sam, Moguntinam, Gilbertam nomine, *Nicolaus I.*
 antecessores omnes fastu & crudelitate superavit.

Sec. X. Quo tria prostibulæ illustria, *Theodora*, & hu-
 jus filiæ, *Marozia* & *Theodora*, universæ Italæ &
 præcipue sedi papali per papas scortatores sunt
 dominaræ.

MEMBR. III. De disciplina & ritibus: ubi per utrum-
 que seculum ista collapsa hi adhuc magis invalue-
 runt.

CAP. III.

De malo ecclesiae interno.

Seculo IX. Exortæ sunt controversiæ, auctore Radberto Pa-
 schasio de *sacramento eucharistie*; auctore Godoschalco
 de *gratia particulari* & de *absoluto electionis & repro-*
bationis decreto. In *oriente* grassatum est certamen *ico-*
nolatrium & *iconoclasticum* cum *controversia de pro-*
cessione Spiritus S.

Seculo X. ubi *papatus*, in abominandam *hæresin* conversus,
 omnia retulit ad *idololatriam*, positam in culta *imagi-*
num, *sanctorum & reliquiarum*, *doctrina de converſio-*
ne, *justificatione & renovatione* plane *sepulta*.

D 3

CAP.

C A P. IV.

De malo ecclesiæ externo.

Seculo IX. Motæ sunt tempestates

1. *A Paganis*: & quidem a Nordmannis & aliis gentibus Europæis.

2. *A Saracenis*, christianorum flagellis.

3. *A Domesticis*: & quidem in oriente sub Irene & Nicephoro: & in occidentale a papis.

Sec. X. ubi itidem tales excitatæ sunt a paganis, & quidem Nordmannis & Hungaros, nec non a Saracenis & domesticis,

C A P. V.

De Synchronismo.

IMPERII ROMANI: & quidem

In oriente: ubi per imperatores maxime degeneres & infelices omnia lapsa sunt in deterioris.

In occidente: ubi *Carolus M.* sub seculi octavi finem Romæ imperator creatus imperium ad Germanos transtulit. Post eum præfuerunt *Ludovicus Pius*, *Lotharius*, *Ludovicus II.* *Carolus Calvus*, *Ludovicus III.* *Carolomannus*, *Arnolpus I.* *Ludovicus IV.* *Conradus*, *Henricus Auceps*, & deinceps *Otto I. II.* & *III.*

RERUM JUDAICARUM: ubi

momentum Politicum in Medicina, in perniciem principum factitata; *ecclesiasticum* in multiplicatis synagogis; *litterarium* in viris doctis.

REI LITTERARIAE: ubi

Sec. IX. In oriente studia per Saracenos resuscitata sunt; in occidente fundatae sunt *scholæ*, in primis in Westphalia.

Sec. X. Quo spissa ignorantia nox tamen sua habuit lumen, & condita est academia Lovaniensis.

SECU-

SECVL. XI. ET XII. CAP. I.

De Scriptoribus ecclesiasticis.

GRAECI, & quidem

Sec. XI. Nilus, Mich. Psellus, Jo. Xiphilinus, *Theophylactus*, Bulgarorum episcopus.

Sec. XII. Eustathius, Theodorus Balsamon, Zonaras &c.

LATINI: itidem

Sec. XI. Fulbertus, Berengarius, erroris de transubstantiatione impugnator, Hermannus Contractus, Glaber Radulphus, Lanfrancus, Lambertus Schafnaburgensis, Adamus Bremensis, Bruno auctor ordinis Carthusianorum, Anshelmus.

Seculi XII. & quidem

Historici: Sigebertus, Otto, Helmoldus, Saxo Grammaticus, Guilielmus &c.

Dogmatici & exegeta: Bernhardus, abbas Claræ-vallensis, vir maximæ auctoritatis multorumque & meritorum & nævorum, Anselmus, Joachimus, Gratianus; item *doctores scholasticiæ* primæ: tres Petri: Abelardus, Lombarus, Comestor.

Præter propagationem ecclesiæ inter Hungaros, Pomeranos, Sclavos, Rugios & septentrionales populos sub

Seculi XI. finem coepit BELLUM SACRUM in Palæstina, post peregrinationes & ordinem equitum Joanneorum, auctore Gallo quodam Petro: signum militum erat *crux rubra* lana, humeris affixa. *Expeditio prima* duce Godofredo Bullionæ cum exercitu trecentorum millium.

Sec. XII. ubi facta est *expeditio*

Secunda, Bernardo tuba, *Conrado III.* imperatore & rege Galliæ Ludovico VII. ducibus infelcis eventus.

Tertia, imper. *Friderico Barbarossa*, Philippo II. Galliæ & Richardo II. Angliæ regibus ducibus, exitus itidem infelcis.

CAP. II.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBRUM I. De Conciliis:

Seculi XI. Aurelianense, Romana, Moguntina, Clara-montanum de bello sacro.

Seculi XII. Plurima per occidentem de jure investi-
endi episcopos, de cruciatis expedit. de dominatu
paparum, clericorum cœlibatu &c.

MEMBR. II. De regimine eccles. papali,

Seculi XI. ubi in primis not. dominatus absolutissimus
Gregorii VII. antea Hildebrandi: ejus juventus, via
ad sedem, ausus stupendus aduersus Henricum IV.
& Rudolphum,

Sec. XII. Ubi in consistente antichristianismi ætate
not. Paschalis II. Calixtus II. Innocentius II. Euge-
nius III. Hadrianus IV, fassus, adire pontificatum,
nihil esse aliud, quam succedere Romulo in par-
ticiis. Friderico I. imp. stratore usus est, tandem
a musca suffocatus. *Alexander III.* Frid. I. motis
seditionibus coegit facere expeditiones in Italiam
& potestatem ἀποθεωσας solis papis vindicavit.
Cœlestinus III. in Henricum VI. coronandum in-
jurius,

MEMBRUM III. De disciplina & ritibus.

Disciplina jam dudum callapsa per bruta paparum fulmi-
na prostrata jacuit, veritatis testibus ejus instauratio-
nem frustra molientibus.

Rituum multiplicatio hic antiquum obtinuit.

Sec. XI. Accessit ritus precandi ad numerum sphærularum,
cum novis Carthusianorum, Cistertiensis & Flagellantum
ordinibus.

Sec. XII. Ubi panis cœpit intingi in vinum, nata commu-
nicione sub una: & exorti sunt novi ordines monachorum.

CAP.

CAP. III.

De malo ecclesiæ interno in hæresiopœia.

Sec. XI. Hæreses novæ hic exortæ non sunt; ipse vero papatus in foedissimam hæresin jam dudum degeneravit. *Hæresiopœia* vero Henricum IV. in veritatis testes, tanquam Manichæos, armavit. Quo præsente horrenda cædes facta Goslariæ in festo nativitatis, Hecclone abbate Fuldensi, & Witerado, episc. Hild. de περιτοναθεσπια contendentibus.

Sec. XII. Hic *Waldenses* fuerunt oves maestationi obiectæ. Quorum nor. origo, denominatio varia a personis, locis & per calumniam, in doles egredia, dispersio, reliquiae,

CAP. IV.

De malo ecclesiæ externo.

Sec. XI. Ubi in christianis tempestas exorta est

1. a *Paganis*, & quidem Normannis, Danis, Venedis in Pomerania & ducatu Megapolitano, sæviente *Mislevog*: item a Transsilvanis & Hungariris, idolomania restitucionem molientibus.

2. a *Saracenis* in oriente & in Africa.

3. a *Domesticis* per antichristianam hæresiopœiam.

Secul. XII. ubi divexatio facta itidem

1. a *Paganorum reliquis*, speciatim a Sclavis circa mare Balticum.

2. a *Saracenis*, præcipue in Palæstina.

3. a *Domesticis*: ubi porro sævitum fuit in *Waldenses* & alios. *Guelphica* & *Gibellinica* factiones etiam multas dederunt cædes.

CAP. V.

De Synchronismis.

I. Imperii Romani : & quidem

In oriente: ubi inter alios Sec. XII. notandus est Alexius II. Comnenus, cui Balduinus, Flandriæ comes, auxilio Venetorum imperium eripuit.

In occidente: ubi

Sec. XI. Henricus II. Bohemos & Vandaloſ subigit, Conradus II. multarum gentium victor, Henricus III. ultimus paparum domitor felix, Henricus IV. Gregorii VII. mancipium.

Sec. XII. Henricus V. in patrem perduellis, Lotharius II. papæ Innocentio II. jus investituræ concescit. Conradus III. expeditione in Palæstinam clarus. Fridericus I. Barbarossa, qui in expeditione in Palæstinam obiit. Henricus VI. regni Siculi & Neapolitani dominus factus.

II. Rerum Judaicarum , ubi

Sec. XI. Momentum ecclesiastico - politicum in varianienia & in coactione ad confessionem christianismi: *Litterarium* in ruina Scholarum Babyl. & in viris doctis.

Sec. XII. Ubi in eccles. fuerunt schismata inter Samaritanos, Karaitas & Talmudistas. In politicis subie- runt Judæi magnas calamitates, præcipue in Gallia & Anglia: ratione rei litterariae floruerunt viri doctissimi: R. Aben Esra, R. Salomon Jarchi, R. Moses Maimonides, R. Moses ben Nachman, R. David Kimchi.

III. Rei litterariae: & quidem

Sec. XI. ubi inter Arabes floruit Avicenna; &c.

Sec. XII. Averroes, & Jus Justinianum fuit instauratum,

SECULI XIII. ET XIV. CAP. I.

De Scriptoribus ecclesiasticis.

GRAECI: & quidem

Sec. XIII. Nicetas Acominatus, Theodorus Lascaris &c.

Sec. XIV. Theodorus Metochita, Nicephorus Callistus
historicus, Joannes Cantacuzenus, Balaam, Nilus &c.

LATINI: & quidem

Seculi XIII. ubi

Historici, Conradus a Lichtenau, Albertus Staden-
sis, Matthæus Paris, Joannes Polonus, &c.

Dogmatici: Raymundus Martini, Catalaunus Hebraice
& Arabice doctissimus, Raymundus de penna
forti, Raymundus Lullius, Hugo de S. Caro, pri-
mus auctor Concordiarum biblic. Lat.

Aetas media scholasticorum: Alexander ab Hales,
Albertus M. Thomas Aquinas, Jo. Bonaventura,
Joannes Duns, Guil. Durandus.

Sec. XIV. ubi

Historici: Siffridus, Ptolemæus, Gerhardus M. &c.

Dogmatici, partim veritatis testes, partim doctores
scholastici ætatis novæ: Fr. Mayronius, Gv. Oc-
cam, Thomas de Argentina. Vixit etiam hoc sec.
Catharina Senensis & Brigitta, sanctis adscriptæ.

Propagatio religionis

Falso credita Sec. XIII. in expeditione quarta in Palæ-
stinam, duce Friderico III. imp. & quinta, duce Lu-
dovico IX. rege Galliæ. *Consequens*: regna exstincta,
Palæstina Saracenis relata, equitum dispersio per Eu-
ropam, scilicet Crucigerorum, Joanniticorum & Tem-
plariorum.

Genuina Sec. XIV. in sacrorum tentata repurgatione:
ubi floruerunt Nicolaus a Lyra, Franciscus Petrarcha,
Joh. Taulerus, Johannes Ruysbrokius, Jo. Wickles.

CAP.

CAP. II.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBR. I. De Conciliis: & quidem

Seculi XIII. ubi concilium

Lateranense IV. ab Innocentio III. coactum, in quo
dogma de transubstantiatione & confessione
auriculari stabilitum.

Lugdunense I. in quo Innocentius IV. Fridericum II.,
imp. anathemate percussit.

Lugdunense II. quo Gregorius X. imp. Gr. Michaeli
Palæologo juratam obedientiam extorsit.

Sec. XIV. ubi concil. præcipuum fuit Viennense in
Gallia, papa Clemente V. & Philippo IV. rege Gal-
liae auctoribus; in quo Ianiena templariorum est
decreta, sub sequente Constitutionum Clementina-
rum promulgatione.

MEMBR. II. De regimine antichristiano:

Sec. XIII. quo clerus Romanus jam dudum deprehen-
sus est universum Christi officium mediatorium ob-
scurasse: *regium* per affectatam monarchiam ac
tyrannidem: *propheticum* per traditiones, Scriptu-
ra sacra hominum manibus excussa: *sacerdotale* per
sacrificium missaticum, purgatorium & sanctorum
intercessiones. Inter papas Romanos

Innocentius III. sic dictis laicis *calicem* in sacra
cœna subtraxit, & confirmato dogmate de trans-
ubstant. & clericorum cœlibatu confessionem
auricularem & venalem introduxit.

Gregorius IX. Fridericum I. imp. bruto fulmine
percussit &c.

Inno-

Innocentius IV. cardinales rubris & purpureis ornavit galeris. Conf. Apoc. 17, 3. 4.

Urbanus IV. festum corporis Christi sancivit.

Bonifacius VIII. antecessorem Cœlestinum, per tubum fecellit, nocte edita voce. *Cœlestine!* Cœlestine! dimitte pontificatum, si vis salvus fieri, negotium supra vires est. Idem cum ad Philippum IV. Galliæ regem scripsisset: Scire te volumus; quod in spiritualibus & temporalibus nobis subes; hoc tulit responsum: *Philippus IV.* Dei gratia Francorum rex, *Bonifacio VIII* se gerenti pro pontifice summo salutem modicam, sive nullam. Sciat tua maxima fatuitus, in temporalibus nos nemini subesse.

Sec. XIV. Quo papatum auctoritas fuit diminuta ob paparum *ætotoriav*, litterarum palingenesiam, pseudapostolicæ sedis translationem, & hinc orta schismata. Hic

Clemens V. sedem Rōma Avenionem transtulit.

Ioannes XII. cum se Græcis pro capite obrudere vellet, hoc accepit responsum: Potentiam tuam summam erga tuos subditos credimus firmiter: superbiam tuam summam tollare non possumus: avaritiam tuam satiare non valemus: diabolus tecum, quia Deus nobiscum.

MEMBRUM III. De disciplina & ritibus. Hic utroque seculo papatus antiquum obtinuit: Et, ex ordo ordine Franciscanorum & Dominicanorum, hic hæreticæ pravitatis inquisitionem sibi vindicavit.

CAP.

CAP. III.

De malo ecclesiæ interno.

Sec. XIII. Hic papicolarum hæresis exercuit hæresio-pœiam adversus *Waldenses* & alios veritatis testes :

Prætextus orthodxiæ & gloriæ divinæ.

Credulitas summa erga obrectatores.

Fallacia virulenta compositionis.

Criminandi libido plane effrons.

Confusio novorum nominum sectariorum.

Dominatus in conscientiam per viam iniquissimæ inquisitionis.

Imploratio & usus sic dicti brachii secularis cum sic dicta prædicatione crucis.

Sec. XIV. ubi loco hæresum varia fuerunt fundi ecclesiastici mala, malorum externorum caussa, v. g.

Hæresopeia antichristiana.

Schisma paparum Romanæ & Gallicanæ sedis.

Doctrinae purioris corruptiæ per Theologiam scholasticam, quibus Theologia mystica trivialis viae, purgativæ, illuminativæ & unitivæ, mederi voluit.

Indulgentiarum nundinatio a Clemente VI. factata : item sic dicta communio sub una.

Extrema impietas, atraζia & aσωτια, generatim omnium ordinum, speciatim plurimorum imperantium, præcipue in oriente; & sic dicti cleri, a testibus veritatis, speciatim a Nicolao Orem & Francisco Petrarcha. liberrime impugnata.

CAP.

CAP. IV.

De malo ecclesiæ externo.

Secul. XIII. Ubi ecclesia afflcta fuit

1. A *Paganorum reliquiis*, speciatim in Borussia & Lithuania.
2. A *Saracenis* post Palæstinam recuperatam.
3. A *Domesticis* per hæresiopœiam adversus Waldenses: ubi afflictionum

Auctores primarii, papæ, & secundarii, XII. pseud-apostoli, & inter eos *Franciscus* & *Dominicus*.

Ministri politici, reges Galliæ & imper. Frid. III.

Locus præcipuus, Gallia Narbonensis.

Modus agendi antichristianus, per diræ inquisiti-
onis officium, ordini Dominicanorum com-
missum, stupendo martyrum numero hinc re-
sultante.

Sec. XIV. Ubi ecclesia pressa fuit

1. *Ab Exteris*, & quidem partim Turcis, speciatim ab Ottomanno, Orchate, Amurathe I. & Bajazethe I. a Tamerlane caveo inclusio &c.
2. A *Domesticis*, papis cum clero suo adversos Wal-
denses fævientibus.

Huc pertinet ordinis *Templariorum internecio*: ejus

1. *Occasio*, ipsius opes, invidiæ materia.
2. *Prætextus*, cumulus blasphemiarum, hæresi-
um & facinorum.
3. *Auctores* præcipui: papæ Clemens V. & Phil. IV.
rex Galliæ.
4. *Modus* plane antichristianus, ordinis magistro,
Jacobo Mola ad tribunal Christi provocante.

CAP.

CAP. V.

De Synchronismo triplici.

I. IMPERII ROMANI

*In oriente, & quidem**Secul. XIII. ubi Balduinus erexit imperium Latino-
rum, cui ad Græcos rursus devoluto præfuit Mi-
chael VIII. Palæologus.**Sec. XIV. ubi imperante Emanuele Constantinopolis
a Turcis fuit frustra obsessa.**In occidente: ubi**Sec. XIII. præfuerunt Philippus II. Frider. II. & post
interregnum Rudolphus I. comes Habsburgicus,
Adolphus Nassovicus.**Sec. XIV. Albertus Austricus, Henricus VII. Lücenbur-
gicus, Ludovicus V. Bavarus, Carolus IV. rex Boh.
Wenceslaus rex Boh. quo imperante pulvis pyrius
fuit inventus.**II. Rerum Judaicarum: quæ pér utrumque seculum
in primis XIV. fuerunt afflictissimæ, cum exorta pe-
ste suspicio de veneno infectis fontibus ac pureis
in Judæos temere esset conjecta. Habuerunt etiam
his temporibus viros doctrina celebres.**III. Rei litteraria: & quidem**Sec. XIII. ubi**Philosophia Aristot. magna cepit incrementa.**In Matheſi excelluit Alphonsus, Hisp. rex.**Jus Canonicum in scholas est introductum.**Acad. fundatæ sunt: Neapolit. Ferrar. Patav. Viennensis,
Conimbr. Bituric. Upsaliensis. Parisiis auctore Roberto
de Sorbona cœpit colleg. Theol. ab eo sic dictum:**Sec. XIV. ubi**Instauratio litterarum insignis.**Academie complures erectæ.**Bibliothecæ pasum instructæ;***SECULI**

SECULI XV.

CAP. I.

De Scriptoribus ecclesiasticis &c.

Ubi inter occidentales, præter litterarum instauratores, floruerunt

Historici: Flavius Blondus, Jo. Franc Poggius, Theodorus de Niem, Jo. Annus Viterbiensis, Antoninus Panormitanus, Aeneas Sylvius, deinceps papa Pius II. Philippus Cominæus, B. Platina, Pomponius Lætus, Martinus Galeotus, Joannes Nauclerus, primus Rector acad. Tubing. alii.

Dogmatici: Thomas Netterus, Hieronymus de Sancta fide, Paulus Burgensis, Henricus de Hassia, Alphonsus Tostatus, qui anno ætatis 40. obiit, relictis 27. operum tomis majoribus, ideo stupor mundi dictus. Joannes de Turrecremata, Jo. Pico, seu Picus, princeps de Mirandola.

Propagatio ecclesiæ intra Europam facta est apud Samogitas, intra eam in America, anno 1492. detecta ab Americo Vesputio.

Repurgatio ecclesiæ hoc seculo quæsita potius fuit, quam obtenta a veritatis testibus, quorum præcipui fuerunt:

Joannes Hus, Theologus Pragensis.

Hieronymus Pragensis, paraclista ejus insignis.

Nicolaus de Clemangis, Theol. Parisiensis.

Joannes Gerson, acad. Paris. Cancellarius.

Jo. Wesselus, lux mundi dictus.

Hieronymus Savoranola, martyr factus.

Thomas a Kempis, Batavus, Theol. mysticus.

CAPUT II.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBRUM I. De Conciliis.

1. *Pisanum* a. 1409. in schismate paparum Romano & Avenionensi.

2. *Constantiense* a. 1414 - 1418. ubi
Occasio, schisma paparum.

Decreta: trium paparum rejectio, Martini V. elec-
tio: item auctoritatis concilii evectio supra
papam: condemnatio Hussi ac Hieronymi Pra-
gensis: communio sub una denuo sancta: un-
de exorti motus Bohemici.

3. *Basileense* a. 1431. seqq. ejus
Occasio: motus Bohemici.

Decreta: confirmatio auctoritatis conciliorum,
concessio postulatorum Bohem. &c.

4. *Ferrariense* & *Florentinum* concilio Basileensi irri-
to conatu oppositum.

MEMBR. II. De regimine eccles. antichristiano: ubi se-
di Romanæ inter alios præfuerunt.

Pius II. antea Aeneas Sylvius, de quo dici solet: Mul-
ta Aeneas probavit, quæ Pius damnavit.

Paulus II. qui, prædicata adversus Bohemos cruce,
cardinales veste coccinea, quæ meretricis Babylo-
nicæ est Apoc. 17, 3. 4. insignivit.

Sixtus IV. qui ex erectis lupanaribus annuos accepit
reditus, & sic dictum Nepotismum introduxit.

Alexander VI. sceleribus & filio Cæsare Borgia ac filia Lu-
cretia infamis, Italia turbator, divinique ac humani ju-
ris eversor.

Disciplinae ac *rituum* hic fere eadem fuit ratio, quæ seculo-
rum antecedentium.

CAP.

CAP. III.

De malo ecclesiæ interno.

1. *Hæresiopæia antichristiana*: quæ in veritatis testes, tanquam hæreticos, laqueo, gladio & flammis sœvivit.
2. *Doctrina purioris corruptelæ*: quo pertinent:
 - a. *Dominatus philomoræ Aristotelice*, ad quam theologia scholastica erat composita, theologia evangelica impudicæ istius ancillæ pedibus subiecta.
 - b. *Nundinationes indulgentiarum impudentissimæ*, scelerum impunitate sic commendata.
 - c. *Spiritus paganismi*, e paganorum scriptis a litterarum instauratoribus in ecclesiam introductus.
3. *Extrema impietas omnium ordinum*, quæ Constantinopoli a. 1453. excidium attraxit. *Quo facto patriarchatus Constantinopolit. non nisi auctiōne pecuniaria ab imperatore Turcico petitus est.* Et Romæ adeo corrupta erant omnia, ut Brunellus inter alia dixerit:

*A summo capitï, pariter pedis usque deorsum
Ad planum, sanum nil superesse reor.*
4. *Turbae Husiticæ* in Bohemia, duce Zischka, Joanne de Calice dicto. Ex abusu vero calicis obtentis non nemo scriperat:

*Tot pingit calices Bohemorum terra per urbes,
Ut credas, Bacchi numina sola coli.*

E 2

CAP.

CAP. IV.

De malo ecclesiæ externo.

Afflicta etiam hoc seculo fuit ecclesia

I. A TURCIS, ubi post alios notandi :

Amurath II. qui, Constantinopoli frustra obsessa, & Thessalonica expugnata, in Epiro Georgium Castrionum, formidabilem hostem expertus est.

Muhammed II. qui Constantinopolin die 25. Maii expugnat, eamque sedem suam constituit a. 1453. trucidato ultimo imperatore Constantino XI. Palæologo, triduana urbis direptione & vastatione subsequente. Sic e Turcico regno imperium fuit constitutum, aquila Romano-rum bicipite alterum caput amittente.

Bajazeth II. quo imperante bellum adversus Venetos exarsit in Morea.

II. A DOMESTICIS : ubi generatim a clero antichristiano sevirum fuit in veritatis testes, speciatim in *Jo. Hussum* : ejus Martyrii

1. *Antecedens* : publica veritatis confessio cum aplausu maximo, & fides ab imper. Sigismundo data.

2. *Carnificina ipsa* : ubi beatissimus martyr vix semel auditus in horridum ac lutosum carcerem fuit conjectus, & tandem a. 1415. die 6. Jul. flamnis vivus exustus, postquam dixerat: Hodie anserem assatis, sed centum exactis annis veniet cygnus, quem assare haud valebitis.

3. *Adjunctum*, adventus & martyrium idem Hieronymi Pragenis.

4. *Consequens*, bellum Hussiticum.

CAP.

De Synchronismo,

I. IMPERII ROMANI

In Oriente: ubi Joannes XI. Palæologus cum imperio etiam vitam amisit.

In Occidente: ubi post *Rupertum Palatinum*

1. *Sigismundus*, elector Brandenb. rex Hungar. & Bohem. tandem imperator: qui Marchiam Brandenb. Friderico, comiti Hohenzolleriano, hodiernæ stirpis Brandenb. capiti, vendidit.

2. *Albertus Austriacus*, a cuius tempore dignitas imperatoria in domo Austriaca perficitur.

3. *Fridericus III.* turbulentum habuit imperium.

4. *Maximilianus I.* usque ad sec. XVI. superstes.

II. RERUM JUDAICARUM: quæ hoc saeculo fuerunt afflictissimæ, præcipue in Hispania sub Ferdinandino Catholico. Exstiterunt etiam certamina inter Karaitas & Talmudistas.

III. REI LITTERARIAE: ubi

1. *Instauratores litterarum*: Immanuel Chrysolaras, Georgius Trapezuntius, Demetrius Chalcondylas, Theodorus Gaza, Jo. Lascaris, Besarion, Laurentius Valla, Nicolaus Perottus, Alexander Hegius, Erasmi præceptor, Rudolphus Agricola, Jo. Wesselus, Hermolaus Barbarus, Angelus Politianus, Thomas Linacer, multique alii.

2. *Scholastici*: Jo. Capreolus, Gabriel Biel, Franciscus Suarez.

3. *Sabidia rei litterariae*:

a. *Favor principum*, in primis familiae Mediceorum Florentin.

b. *Ars typographica* a. 1440. inventa.

c. *Academiæ numerus auctus*. Accessit enim inter alias Liplensis, Rostochiensis, Gryphiswaldensis, Tubingensis, Basileensis.

d. *Bibliotheca instructæ*: Rom. Flor. Bud. Vienn. Heidelb.

SECULI XVI. CAP.I.

De Scriptoribus & doctoribus ecclesiae.

PONTIFICII: Jo. Trithemius, Franciscus Ximenes, Thomas de Vio, seu Cardinalis Cajetanus, Conatus Wimpina, Jo. Eccius, Jo. Cochlaeus, Laurentius Surius, Jo. Ferus, Sixtus Senensis, Ben. Arias Montanus, Benedictus Pererius, Cæsar Baronius, alii.

EVANGELICI post Jo. Staupitium & Desiderium Erasmum: Martinus Lutherus & collegæ, Philippus Melanchthon, Jo. Bugenhagius, Caspar Cruciger, Justus Jonas, Jo. Fœrsterus: item Jo. Agricola, Georgius Spalatinus, Urbanus Regius, Erasmus Sarcerius, Jo. Matthesius, Joannes Brentius, Andreas Osiander, Frid. Myconius, Justus Menius, Matthias Flacius, Vitus Ditericus, Martinus Bucerius, Georgius Major &c.

Porro circa seculi medium & deinceps: Paulus Eberus, Jo. & Phil. Marbachii, Jo. Wigandus, Jacobus Herbrandus: sex Formulae Concordiae autores: David Chytraeus, Martinus Chemnitius, Nicolaus Selneccerus, Jacobus Andrea, Andreas Musculus, Christoph. Cornerus: Aegidius Hunnius, Polycarpus Lyserus, Lucas Osiander; alii.

PROTESTANTES alii ante enatum & confirmatum schisma: Huldr. Zwinglius, Paulus Fagius, Seb. Münsterus, Conradus Pellicanus, Petrus Martyr, Aug. Marloratus, Benedictus Aretius, Seb. Castilio, Imman. Tremellus, Franc. Junius, alii.

Item Jo. Calvinus, Theodorus Beza, Lamb. Daniel, Daniel Tossanus &c.

CAP.

CAP. II.

De opere repurgatorum sacrorum.

PERIODUS I. ab a. 1517. usque ad finem a. 1520. & comitia Wormatiensia : ubi

1. *Antecedens*, summa ecclesiæ corruptio, & testium veritatis copia cum subsidiis rei litterariae.

2. *Instrumentum præcipuum*: D. MARTINUS LUTHERUS, qui Islebiæ a. 1483. natus, a. 1505. Erfurti se Augustinianorum ordini addixit; anno 1508 opera Staupitii Wittebergam vocatus primum philosophiam, deinde Theologiam professus est.

3. *Occasio proxima*: Indulgentiarum nundinatio Tezel.

4. *Ipsæ initia*, in thesibus 95. a. 1517. Cal. Nov. nundinationi isti oppositis.

5. *Negotium σύγχρονον* in Helvetia.

PERIODUS II. a Com. Wormat. usque ad Com. Augustana a. 1530. ubi

1. *Negotium Wormatiense* arduum, in sequente proscriptione publica & Lutheri Patmo in arce Wartberg prope Isenacum.

2. *Reditus Lutheri* ad Wittenb. & propagatio evangelii insignis.

3. *Impedimentum duplex*: unum ecclesiasticum in controversia cum Helvericis de Cœna Domini: alterum politicum in seditione rusticorum.

PERIODUS III. ab Aug. Conf. usque ad mortem Lutheri, seu ab anno 1530. usque ad a. 1546.

1. *Augustana Confessio* in Comit. Imperatori tradita.

2. *Edictum imperatoris* adversum.

3. *Conventus Protestantium Smalcaldicus*.

4. *Novum impedimentum* in seditione Anabaptistar. Monaster.

5. *Editio bibliorum Germanica integra* a. 1534. coepit & anno sequenti absoluta.

PERIODUS

PERIODUS IV. a morte Lutheri usque ad finem Concilii Tridentini, h. e. a. 1563.

1. *Bellum Smalcaldicum*, quo captus elector Sax. Jo. Fridericus & Philippus Landr. Hass.
2. *Forma doctrinae ac rituum praescripta, Interim votata,*

3. *Mauritii*, el. Sax. factum heroicum in liberandis principibus.

4. *Transactio Passavensis de Protestantium libertate*, paulo post a. 1555. solenniter sancita.

5. *Nomen Hugonotorum* a. 1560, in Gallia ortum.

6. *Motus Gallicani* usque ad edictum Nannetense 1598. de religionis libertate.

7. *Publicatus Catechismus Heidelberg.* 1563.

PERIODUS V. a Concil. Trid. seu a. 1363. usque ad Formulam Concord. a. 1580.

1. *Maximilianus II.* in Austria liberum religionis exercitium permittit.

2. *Crypto-Calvinianorum causa editur Consensus Dresdensis*, ab aliis impugnatus.

3. *In Polonia* editur consensus Sandomiriensis inter ecclesias Augustanas, Bohemicas & Helveticas.

4. *Formula Concordiae* editur a. 1580. Bergae prope Magdeb. Chytraeo, Chemnitio, Musculo, Cornero, Andreæ & Selneccero auctoribus.

PERIODUS VI. a Form. Concord. usque ad secul. finem.

1. *Schisma* adulterum inter eccl. Aug. & Reform.

2. *Motus Crypto-Calvinismi* in Saxoniam.

3. *Henricus IV.* R. G. Hugonottis edito Nannetensi libertatem a. 1598. confirmat, deinceps a. 1610. confessus.

4. *Procella adversus Christianos in Japonia.*

CAP. III.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBRUM I. de Conciliis; ubi post Pisanum a. 1610.

habitum, notandum est Tridentinum: ejus

1. *Causa*, negotium reformationis.

2. *Forma interna*, mere antichristiana.

3. *Series*, ab a. 1546, usque ad a. 1563.

4. *Scopus & effectus*, errorum papalium incrustatio
ac defensio publica.

5. *Refutatio*, inter alios a Chemnitio facta.

MEMBR. II. de Conventibus & Colloquiis.

1. *Augustanum* inter Cajetanum & Luther. a. 1518.

2. *Upsaliense* a. 1527, subsequente reformatione.

3. *Marpurgense* a. 1529, inter Luth, Melanchth. Zwingl.
& Oecolampodium de Sacra Coena.

4. *Vinariense* a. 1560, inter Strigel, & Flacium de pec-
cato originis. Item multa alia.

MEMBR. III. De regimine ecclesiæ.

Artic. I. de regimine antichristiano continuato.

1. *Alexander VI.* monstrum hominis cum filio, Cæsare
Borgia & filia Lucretia.

2. *Julius II.* qui cum regem Galliae Ludovicum XII.
anathemate percussisset, hic cedendum curavit
nummum aureum cum lemmate: *Perdam Baby-
lonis nomen.*

3. *Leo X.* atheus, veniarum nundinator. a. 1513 - 1521.

4. *Hadrianus*, e Caroli V. informatore papa,

5. *Clemens VII.* a Carolo V. dominus.

(Lojola.)

6. *Paulus III.* sub quo ordo Jesuitarum ortus est, auctore Ignatio

7. *Julius III.* nullus pretii & fidei.

8. *Paulus IV.* officii inquisitionis auctor.

9. 10. 11. 12. 13. *Pius IV.* & *V.* *Gregorius XIII.* *Sixtus V.* & *Cle-
mens VIII.*

E s.

Artic.

Artic. II. De regimine inter Protestant. mutato, & quidem trifariam :

1. Inter Britannos episcopales, ubi regimen in formam Sec. IV. fuit restitutum.
2. Inter eosdem presbyteriales & Helvetios: ubi regimen formæ Sec. I. magis fuit accommodatum.
3. Inter Protestantes reliquos, seu Lutheranos, ubi forma regiminis media fuit constituta, regimine ad consistoria relato, & diversa verborum ministrorum denominatione facta.

MEMBRUM IV. De disciplina & ritibus.

DISCIPLINA: quæ in papatu antiquum obtinuit, & inter Protestantes instaurari haud potuit, ob tria impedimenta: quorum

Primum in modo reformationis eccles. externo potius confessionis, quam interno animorum.

Secundum in controversiis Theologicis.

Tertium in potestate principum episcopali circa exorta doctrinæ scandala: ubi ecclesia Protestantium ex parte aliquid e fermento papali circa disciplinam retinuit.

RITUS: Hic Protestantes bifariam fuerunt occupati: Lutheranis enim facto rituum delectu innocentiores rerinentibus, Reformati etiam hos abrogarunt, successu reformationis in Gallia hinc impedito.

Optimam disciplinæ & rituum formam habuit ecclesia Bohemica & Moravica, a Pseudo-Hus-sitis Calixtinis distincta, secundum Jo. AM. COMENIUM in *Historia fratrum Bohemorum.*

CAP.

CAP. IV.

De malo ecclesiæ interno.

MEMBR. I. De Controversiis & Hæresiopœia.

CONTROVERSIARUM quam plurimarum præcipua
fuit *Sacramentaria*: cuius tres fuere periodi:

Prima ab a. 1525. inter Luth. & Zwinglium.

Secunda ab a. 1540. quo Melanchthon non nulla im-
mutavit.

Tertia ab hoc tempore usque ad seculi finem, quo
schisma extitit adulterum, & accessit controv. de
persona Christi & de *prædestinatione*.

Controversiæ aliæ: cum Anabaptistis, Antinomis, item
Adiaphoristica, Osiandristica, Majoristica, Syner-
gistica, Huberiana.

HAERESIOPOEIA, quæ in controversiis istis fuit
commissa

MEMBR. II. De Hæresi Sociniana.

1. *Origo*, antiquissima seculis prioribus.

2. *Natales*, in Italia, præcipue in agro Veneto: ex
quo per exules Helvetia, Moravia, Polonia aliaeque
regiones sunt infectæ.

3. *Sedes præcipua*, Polonia & Transsylvania.

4. *Propagatio amplior*, cuius ministri:

Michael Servetus a. 1553. Genevæ crematus. Va-
lentinus Gentilis, Lælius Socinus, Faustus Socinus,
Christoph. Osterodus, Georgius Enjedinus, &c.

5. *Confociatio* cum ecclesiis Protestantium in Polonia, inse-
quente dissociatione.

6. *Diffidium* inter ipsos Neophotinianos.

7. *Principium hæreſeos*, corruptæ rationis magisterium.

8. *Subſidium primarium* in equuleo hermeneutico.

9. *Fucus in externa morum honestate*.

10. *Indoles hæreſeos*, naturalismus incrustatus.

CAP. V.

De malo ecclesiæ externo.

Præter calamitates ecclesiæ, in primis Hungaricæ a Turcis illatas, & tempestates adversus neophytes in India, China & Japonia exortas, *papatus sanguinarius* plures habuit martyres, quam priora secula conjunctim sub paganis, antichristiana pravitatis hæreticæ inquisitione furori famulante. *Tres autem lanienæ plurium chiliadum præ aliis* sunt memorabiles:

Prima Gallicana, tempore Francisci I. in cæde & divexatione Waldensium, qui doctores sibi e Germania adsciverant.

Secunda, itidem *Gallicana*, Parisiensis illa, qua a. 1572. IX. Cal. Sept. die Bartholomæi in nuptiis Henrici Navarræ in Hugonottos fuit sævitum, triginta hominum millibus trucidatis.

Tertia, Belgica edita a. 1568. a duce Albano, a Philippo II. ex Hispania misso: ubi manu carnicum 18000. horribili immanitate e medio sunt sublati. Videatur THUANUS L. XL seqq. & HUGO GROTIUS Annal. Belgic. Lib. I. & II.

Ecclesia Bohemica sub rege Ferdinando magnas subiit tempestates: unde exules in Borussiam commigrarunt, a duce Alberto excepti, postquam in transitu per Poloniam in hac integras etiam ecclesias constituissent. Videatur JO. AMOS COMENIUS in Historia Fratrum Bohem. p. m. 28. seqq.

CAP.

CAP. VI.

De Synchronismo.

I. IMPERII ROMANI: ubi præfuerunt

Maximilianus I. a. 1493 - 1519. princeps laudabilis
& in expeditionibus felix.

Carolus V. Maxim. e Philippo, Hispaniæ rege, nepos,
imperii Röm. nec non universi Belgii, Burgundiæ,
Neap. Siciliæ, Sard. Hispan. & Americæ dominus.
a. 1519 - 1556.

Ferdinandus I. princeps laudabilis. a. 1556 - 1564.

Maximilianus II. Protestantibus favens. a. 1564 - 1576.

Rudolphus II. qui Moravis & Bohem. solenni diplo-
mate libertatem relig. confirmavit. a. 1576 - 1612.

In Oriente regnarunt Bajazeth. II. Selimus I. Soliman-
nus II. Selimus II. Amurath. III. Muhammed III.

II. RERUM JUDAICARUM: in politicis & ecclesia-
sticis magna exorta est tempestas in Portugallia: in
re litteraria floruerunt R. Salomon, R. Isaac Abar-
banel, Elias Levita, Aben Melech, alii.

III. REI LITTERARIAE: ubi

1. *Erectio Academiarum plurimarum in Europæ re-*

2. *Instructio & cura bibliothecarum.* (gnis.

3. *Cultura artis typographicae*, in primis inter Venetos,
Helvetios, Gallos, Belgas, Germanos.

4. *Copia virorum doctorum*: præter Theologos c. I.

Jurisconsulti & Politici: Guilielmus Budæus &c.

Medici: Conradus Gesnerus, Jo. Heurnius &c.

Historici: Albertus Cranzius, Jo. Aventinus, Jo. Sleida-
nus, Jo. Carion, Pomponius Lætus, auctores centuri-
arum Magdeb. Flacius, Wigandus, Judex, Faber &c.

Chronologi: Jo. Funcius, Bucholcerus, Scaliger &c.

Philosophi: Petrus Ramus &c.

Mathematici: Nic. Copernicus &c.

Philologi & Poeta: Jo. Capnico &c. Georg. Buchananus &c.

SECULI XVII. CAP. I.

- De Scriptoribus & Doctor. ecclesiasticis.
THEOLOGI NOSTRATES, & quidem
In Saxonia electoral: Wellerus, Geierus, Spenerus,
Lipsia: Lyserus, Schmuckius, Hœpfneri &c.
Wittenb. Franzius, Hutterus, Balduinus, Hunnius &c.
In Saxonia ducali: Major, Himmelius, Gerhardus.
In Hassia: Helvicus, Arcularius, Menzeri &c.
In Franconia & Norico: Keslerus, Dilherrus, Saubert.
In Svevia: Bidembachius, Gerlachius, Osiandri.
In Alsatia: Marbachius, Dorscheus, Schmidii.
Inter Brunsfic. Arndius, Hornejus, Calixti.
Inter Holstatos &c. Wasmuthus, Kortholtus &c.
In Marchia Brand Pelargus, Fesselius &c.
Inter Megapol. Affelmannus, Tarnovii &c.
Inter Pomer. Fridlibius, Cramer, Micraelius.
Inter Borussos: Zeidlerus, Dreierus &c.
In Dania: Brochmandus, Cluverus, Lassenius.
In Svecia & Livonia: Benzelius, Fischerus.
THEOLOGI REFORMATAE ECCLESIAE:
Inter Helvet. Grynæus, Buxtorfi, Heideggerus.
In Palat. & Nassovia: Tossani, Alstedius, Crocius.
In Marchia: Vorstius, Bergius, Beermannus.
Inter Auhaltinos: Marcus Frid. Wendelinus.
In Gallia: Casaubonus, Amyraldus, Bochartus.
In Belgio: Arminius, Gomarus, Spanhemii.
In Britannia &c. Baxterus, Fullerus, Usserius, Forbesius,
 Lightfootus, Hammondus, Bullus, alii.
PONTIFICII: Bellarminus, Tannerus, Corn. a Lapide, Jan-
 senius, Ribera, Sirmondus, Morinus, Sanctius, Sci-
 oppius, Bonfrerius, Labbeus, Ebermannus, Launo-
 jus, Menochius, Mersennus, Norilus, Mabillonius,
 alii.

CAP.



CAP. II.

De negotio turbatae & vindicatæ libert. eccles. a seculi initio usque ad Pacific. Westphal.

PERIODUS I. a seculi initio usque ad a. 1617.

1. Rudolphus II. a. 1602. edictum adversus fratres Bohemos publicat.
2. Eodem anno editur *index librorum prohibitorum*, in quo laicis prohibetur scripturæ lectio.
3. Evangelici e Stiria expelluntur.
4. In Anglia 1605. detegitur conjuratio pulveraria.
5. Rudolphus II. rel. lib. diplomate subditis conf.
6. Henricus IV. rex Galliæ, Hugonottorum patronus, sicarii manu a. 1610. interimitur.
7. Austriaci libert. rel. armata manu tueruntur.

PERIODUS II. ab a. 1618. ad a. 1630. seu Ferdinandi edictum: ubi

1. Causa religionis in Bohemia subit catastrophen.
2. Motus Bohemici invalescunt, Friderico V. Palatino in regem electo: unde bellum exarsit Germanicum.
3. Heidelberga a Tillio expugnatur, & bibliotheca Romana transfertur.
4. Evangelici affliguntur in Bohem. Morav. Silesia.
5. In Hispania surgunt testes veritatis.
6. Hugonotti in Gallia affliguntur.
7. Ferdinandus II. edictum promulgit a. 1629. de restituione bonorum ecclesiasticorum.

PERIODUS III. ab a. 1630. usque ad a. 1648. s. Pac. Westph.

1. Conventus Lipsiensis de vi per vim repellenda.
2. Rex Sveciæ, Gustavus Adolphus a. 1630. venit in Germaniam.
3. Magdeburgum a. 1631. horribiliter expugnatur.
4. Rex Sveciæ in prælio a. 1632. occumbit.
5. Elector Saxonie a. 1635. cum Cæsare pacem init.
6. In Anglia emergunt motus inter sectas.
7. In Hibernia fit laniena Protestantium horribilis.
8. Pacificatio Osnabrugensis a. 1648.

CAP.

CAP. III.

De statu ecclesiæ externo.

MEMBRUM I. De Synodis, speciatim DORDRACENA,

Arminianis, seu Remonstrantibus, opposita.

1. Occasio. Dissensus a nonnullis Catechismi Heidel. doctrinis, a Jacobo Arminio, Theologo Lugdun. resuscitatus.

2. Progressus Controversiarum in colloquio inter Arminium & Gomartum, in collatione Hagienſi, ratione quinque articulorum: in collatione Delphensi &c.

3. Ipsa Synodus habita 1618. & 1619. ubi
Præfides politici, deputati ordinum, e Theologis Bogermannus, Pastor Lœvardiensis.
Affessores e Belgio, Anglia, Palatinatu, &c.
Modus agendi, vero & recto non conveniens.
Species culpæ in Remonstrantes conjectæ.
Fata duriora Hogeberти, Barnefeldii, Grotii.
Consequens, Remonstrantium tolerantia.

MEMBR. II. De Collöquiis Theologorum: inter quæ
 eminet Lipsiense a. 1630. & Thoruniense a. 1645.
 & Cassellanum a. 1661.

MEMBR. III. De regimine, eoque antichrist.

Paulus V. Venetos bruto fulmine fecit.

Gregor. XV. Ignatium Lojolam cum Fr. Xaveria,
 Indorum apostolo sanctis adscribit.

Urbanus VII. Nepotismum stabilit.

Innocentius X. pacificationi Westph. reclamat.

Alexander VII. Christinam, reg. Suec. a. 1655. in simum ecclesiæ Romanæ recipit.

Innocentius XI. nepotismo abrogato Jansenistis &
 Quietistis favet.

CAP.

C A P. IV.

De malo ecclesiæ interno.

MEMBRUM I. De Controversiis Theologicis :

1. *Inter Pontificios :*

inter Franciscanos & Dominicanos.

Molinistica in Hispania & Portugallia.

Janseniana in Flandria.

Molinistica altera de Theologia mystica.

Cameracensis de mysticorum placitis.

2. *Inter Reformatos :*

De gratia cum Arminianis, item cum Mose Amyraldo &c.

De philosophia Cartesiana.

De hypothesibus Jo. Cocceji &c.

3. *Inter Lutheranos : & quidem*

Inter Giessenses & Tubing. de statu exin. Christ.

Inter Helmstad. & Saxonicos de div. doctr.

Disceptatio de Jac. Boemio, Valentino Weigelio &c.

Controversiæ recentiores. Vide Appendicem.

MEMBR. II. De hæresiopœia intra & extra ecclesiam
Pontificiorum.

MEMBR. III. De Hæresi Sociniana : ubi

1. *Doctores præcipui :* Smalzius, Volkelius, Crellius,
Ruarus, Stegmannus, Wolzogenius, Schlichtingius,
Wissowatius, Lubenizius, Sonnerus, Felbingerus,
Sandius, Zwickerus.

2. *Schola illustris , Racoviensis.*

3. *Liber symbolicus , catechesis Racoviensis.*

4. *Disceptatio cum Theologis Witteberg.*

5. *Commercium cum Arminianis.*

6. *Armatura libraria in Bibliotheca Unitar.*

7. *Cultus publici eversio & libertatis denegatio, in Polonia per
gradus facta.*

F

CAP.

CAP. V.

De malo ecclesiæ externo.

MEMBRUM I. De afflictione Protestantium in Hungaria, Bohemia &c.

1. Evangelici ejiciuntur e Carinthia &c.
2. Pragæ promulgatur edictum adversus fratres Bohemos.
3. Protestantes in Palatinatu premuntur.
4. Ferdinandus II. edictum restitutionis promulgat a. 1619.
5. Silesii evangelici affliguntur: item illi in Alsatia & in archiepiscopatu Salisburgensi.

MEMBR. II. De afflictionibus Waldensium in Delphinaru & Pedemontio: ubi actum est

DOLIS; quorum præcipui fuerunt:

Calumniae horrendæ impie confitæ.

Faces discordiarum inter familias.

Contractio matrimoniorum cum pontificiis.

Depravatio omnis disciplinæ eccles.

Illecebrae privilegiorum & præmiorum.

Missiones monachorum in explorationem.

Malitia emissariorum diabolica.

Occlusio scholarum cum raptu liberorum.

Ereptio violenta autographorum in caussa relig.

Fabrica horum dolorum præcipua in congregacione Taurinensi de propaganda fide.

EXTERNA VI: ubi turmae militum, ovibus Christi, tanquam seditionis civibus compensendis, immisæ sunt. Videatur inter alia Jo. LEGERUS in Historia Waldensium generali.

MEM-

MEMBR. III. De afflictionibus Hugonottorum in Gall.
I. Sub LUDOVICO XIII. & Card. Richelio.

1. In principatu Bearnensi a. 1610. abrogata religione Reformata restitura est Pontificia, modo militari, contra editum Nannerense. Unde bellum exarsit civile, quod circiter decies centena hominum millia consumisse dicitur.
 2. Editum Nannerense quidem a. 1619. fuit denuo confirmatum, sed sine fide & effectu.
- II. Sub LUDOVICO XIV. ubi modi oppressionis
Moderatores: ubi
1. Patroni caussarum infidissimi.
 2. Implicatio in lites forenses.
 3. Examen factorum & dictorum antichristianum.
 4. Subtractio necessiorum vitae subsidiorum.
 5. Immunitates neophytorum.
 6. Tributorum auctio & accumulatio.
 7. Tutorum & curatorum pontificiorum obrusio.
 8. Aegrotorum ad nosodochea detrusio.
 9. Durissima conditio verbi ministrorum.
 10. Lacitatio & illusio oppressorum per spem moderationis & libertatis factam.

Violentiores, adhibitae inde a tempore editi Nannerensis, sub nomine Explicationum sublati. Dicitur Gallia, finitis jam bellis Hugonotticis adhuc circiter habuisse ducenta bello idoneorum virorum & reformatae confessioni additorum millia: quibus laudi dicitur, quod vim vi repellere noluerint. Lapienæ Hibernæ jam facta est mentio.

CAP. V. I.

De Synchronismis.

- I. IMPERII ROMANI:** ubi
Matthias Protestantibus favet.
Ferdinandus II. Protestantium osor.
Ferdinandus III. sub quo pacificatio Westph. facta.
Leopoldus, princeps laudabilis a. 1658 - 1705.
In oriente praeftuit Achmeth I. Mustapha, Osmannus,
 Amurath IV. Ibraim. Muhammed IV. Solimannus
III. Achmeth II. Mustapha II.
- II. RERUM JUDAICARUM:** ubi notandi duo Pseu-
 do-Messiae: Saberhai Zevi, R. Mardochai.
- III. REI LITTERARIAE:** ubi
Academie fundatae: Giessena &c. ultima Frideri-
 ciana Hallensis a. 1694.
Jurisconsulti celebres: Jo. Harprecht, Herman-
 nus Conringius, Theod. Reinkingius, Jo. Lim-
 næus, Ben. Carpzovius, David Mevius, Jo. Brun-
 nemannus, Jo. Otto Tabor &c.
- Medici:** Daniel Sennertus, Mich. Ettmüllerus, Jo. Jac.
 Waldschmidius, Heinr. Meibomius, Casp. & Thomas
 Bartholini &c.
- Historici & Polyhistores,** Marqv. Freherus, Marcus Vel-
 serus, Sethus Calvisius, Jo. Frenshemius, Jo. Henricus
 Bœklerus, Petrus Lambecius, Vitus Lud. Seckendorfi-
 us, Sam. Puffendorfius &c.
- Philosophi:** Svarez, Fonseca, Keckermannus, Schreiblerus,
 Stahilius, Cartesius, Gassendus &c.
- Mathematici:** Keplerus, Hevelius, Weigelius, Sturmii,
 Hugenius, Riccius &c.
- Philologi:** Erasmus Schmidius, Luc. Holstenius, Gronovi-
 us, Salmasius, Vossius &c. In *orientalibus*; Drusius,
 Buxtorfii &c.
- Poetae:** Taubmannus, Fellerus &c.

AP.



APPENDIX,

exhibens

Delineationem fabulæ pietisticæ, & simul recentiorum controversiarum, e Syste-
mate istarum Antibarbaro P. IV.
repetitam.

PROPOSITIO I.

*Pietisanus non est schisma, multo minus secta
aut heres, sed fabula.*

Demonstratio.

Hanc haber lector a p. 522 usque ad p. 530. de-
ductam e diversis scriptis fide dignissimis, nec non
e publice edita ac iterata declaratione regis Boru-
siæ, ad quam deinceps aliorum principum & regis Sue-
cicæ edicta, quibus scopticum pietissimi nomen ab
omni usu prohibitum fuit, accesserunt.

PROPOSITIO II.

*Fabula pietistica ficta, falsique convicta est
Lipsiæ, circa ultimum superioris seculi decen-
nium.*

Demonstratio.

Hæc fuse exhibetur verbis B. Speneri *a 1610 15016*
a p. 530 usque ad p. 565. Hic in primis adponi me-
rerunt carmen B. Lic. JOACHIMI FELLERI, Pro-
fessoris Lipsiensis, quod is a. 1689. in obitum pii
Theologiae cultoris, quem scomma pietistis annu-
meraverat, confecit, typis cum aliis ejus generis ex-
pressum :

Es ist jetzt Stadt bekant der Nam der Pietisten.

Was ist ein Pietist: der Gottes Wort stus-
dirt,

Und nach demselben auch ein heilig Lea-
ben führt.

Das ist ja wohlgethan! Ja wohl von jedem
Christen.

Denn dieses macht nicht aus, wenn man
nach Rhetoristen

Und Disputanten Art sich auf der Cana-
zel ziert,

Und nach der Lehre nicht lebt heilig, wie
gebührt.

Die Pietät die muss voraus im Hergen nis-
sten:

Die baut auch zehnmal mehr, als wohl
gesetzte Wort,

Ja alle Wissenschaft; sie nutzt auch hier
und dort.

Drum weil der Selge war bey mancher
schönen Gabe,

Und nimmer müden Fleiß, ein guter Pie-
tist,

So ist er nunmehr auch ein guter Quies-
tist.

Die Seele ruht wohl in Gott, der Leib auch
wohl im Grabe.

PROPOSITIO III.

*Fabulae pietisticæ præcones atque actores
pietissimum fuerunt Theologiae Wittenbergenses,
ut-*

*utpote Spener omastigum præcipui, ac reliquo-
rum, in primis triumvirorum ac mare Balti-
cum, duces.*

Demonstratio.

Hanc vide p. 565 seqq. ubi inter alia tres memo-
rantur libri: primum Wittebergensium iste: *Christo-
Lutherische Vorstellung in deutlichen u. auf-
richtigen Lehr-Sägen und unrichtigen Ges-
gen-Sägen aus D. Jacob Speners Schrif-
ten, was die heutigen Pietisten, und sonder-
lich D. Spener, für aufrichtige Lutheraner
seyn sc̄.* Subscripta sunt nomina: Jo. Deutsch-
mann, D. Caspar Löschner, D. Phil. Ludov.
Hanneken, D. Jo. Georg Neumann, D. Dein-
de B. Speneri apologia: *Aufrichtige Ueberein-
stimmung mit der Augsburgischen Confes-
sion zur nothigen Vertheidigung seiner rei-
nen Lehre, entgegen gesetzet der so genan-
ten Christ-Lutherischen Vorstellung, mit
welcher die Professores Theologie zu Witten-
berg ihn der führenden Lehre halber vor
der ganzen Evangelischen Kirche zu be-
schuldigen und verdächtig zu machen, ver-
gebens und zu eigenem Schaden sich unter-
standen haben.* Tertius: *Abgenöthigte Ant-
wort der Theologorum Wittebergensium, auctore D.
Deutschmanno.* Quod spissum volumen cum nihil
nisi sumimam ακριταν, auctori etiam alias propri-
am, verbosamque ασπουαχιαν exhiberet, ne emto-
res quidem invenit, tantum abest, ut antapologiam

F 4

requi-

requisiverit. Triumviri vero isti ad mare Balticum erant: *Mayerus, Fechtius, Schelwigius*, Buchero huic succinente.

PROPOSITIO IV.

Causa confingendæ ac continuandæ fabulae pietisticæ fuerunt: Ignorantia, errores, affectus impietatis, odia privata, credulitatis vitium, nimiae confidentiæ ac diffidentiæ præjudicis nimium.

Demonstratio.

In hac p. 568. seqq. data speciatim ostenditur, quid D. *Carpzovium* apud Lipsienses, & D. *Mayerum* apud Hamburg. & Gryphisw. adversus Spenerum armaverit, scilicet affectus odii privatus.

PROPOSITIO V.

Artes fabulatorum pietisticorum fuere: audacia errores propugnandi, cavillatio in interpretando, sophistica in disputando varia, levitas in vulgi erroribus colligendis & dispergendas, fallacia compositionis in rebus diversissimis, confusio doctrinarum fundamentalium & non fundamentalium, schematica confederatio, nec non heresopœia cum dominatu papali, temeritas in accusando, protervia in comminiscendo atque exprobando fanaticorum patrocinio, item iactantia de Scriptura Sacra, de orthodoxia & libris symbolicis.

Demonstratio.

Videantur hæc deducta a p. 572 usque ad p. 590.
ubi

ubi, quanta Speneromastigum fuerit intemperies, inter alia ostenditur ex hac consicti Pietismi definitio Schelwigiana, in qua tot sunt mendacia & criminationes, quot voces: *Pietismus est Secta, aucto-re & promotore SPENERO, ex Anabaptisticis, Schwenkfeldianis, Quakerianis, aliisque fanaticis hypothesibus, sub pretextu novae reformationis & spe meliorum temporum, consarcinata, ad turbandam, tandemque subvertendam ecclesiam, Augustana confessioni & reliquis scriptis symbolicis, in libro Concordia contentis, addictam.*

PROPOSITIO VI.

Speneromastiges in actione fabulæ Pietisticæ speciatim commiserunt symbololatriam, & quidem hæreticem.

Demonstratio.

In hac a p. 590 usque ad p. 599. ostenditur, innocentissima Speneri loca erroris argui, & librorum symbolicorum auctoritatem non solum Scripturæ sacrae ratione normæ æquiparari, sed revera etiam supra eam evehi, jurejurando etiam ad ipsas librorum istorum ανυπολογίας, perperam negatas, adstringi & extendi.

PROPOSITIO VII.

Speneromastiges actione fabulæ Pietisticæ hæreticæ non exigua existere caussa audi fanaticismi, scepticismi, indifferentismi & ipsius atheismi.

Demonstratio.

Videatur hæc p. 590 - 607. ubi evincitur, ca-coethes istud elencticum abiisse ad *extrema*, atque ita efficere, ut isti, qui in extremorum altero ver-santur, in eo obfirmentur potius, immo ad istud irritati offensique abripiantur potius, quam ab eo abducantur.

Post definitionem Pietismi genuinam, quod sit fa-bula &c. p. 607. data pag. 608. sequuntur hæc axi-omata epiphonematica, pluribus dedueta:

I. Speneromastiges, seu fabulatores Pietistici, in-primis Wittenbergenses, exercent temerariam heresopxiam.

Not. Sic scribendum erant ante annos complu-
res circa seculi superioris finem & præsentis initia:
sed per Dei gratiam jam dudum cum auctoribus
ipse confictus pietismus sepulcro est illatus. In-
terea tamen quid gestum sit, non plane præterire,
est historici.

*II. Speneromastiges, seu fabulatores Pietistici,
affectionant, partim etiam jam tum exercent, do-minatum in universam ecclesiam evangelicam,
nequaquam tolerabilem.*

Not. Hujus dominatus eadem fuit ratio: scilicer
quod cito fit, cito perit.

III. Speneromastigibus, seu fabulatoribus Pieti-sticis, necessario scribendus fuit Antibarba-rus.

Not. Ratio defumta est a peregrinitate o-pinionum & novitate errorum, in totum Theolo-giæ

giæ evangelicæ systema ita introductorum, ut in eo doctrinæ puritas fere non magis eniteat, quam incorrupta Latinitas in epistolis obscurorum viorum.

IV. In Antibarbaro optande fuerunt voces rebus, iisque ex vero respondent, citra convicia.

V. Debet & omnino potest pax inter dissentientes restitui, in primis deposito dominatu, & explosa Pietismi fabula.

Not. Dictum factum! DEO sit laus & gloria!

OBSERVATIONES.

I. Hæc haec tenus de notitia recentiorum controversiarum historica, secundum sciagraphiam ex uero tractatione repetitam. Plura exhibet liber meus Germanicus, inscriptus: Erläuterung der neuesten Historie bey der Evangelischen Kirche von 1689. bis 1719. darinn nach einer davon gegebenen umständlichen Nachricht, und nach compendieuser Vorstellung der Mitzelstraße zwischen den Abwegen von der Evangelischen Wahrheit, zur erwünschten Endigung des sectirischen Fabelwesens vom Pietismo, der also genante Timotheus Verinus, auf gutbefinden der fälschlich beschuldigten kümlichen Theologischen Facultät zu Halle völlig abgefertigt wird.

II. Ut vero constet notitia istarum controversiarum dogmatica, notandum est, ad quatuor capita præcipua rediisse, certe facile referri, omnia; quorum

Pri-

Primum erat de illuminatione proprie dicta, & in sensu biblico ac genuino solis regenitis propria & a statu gratiae inseparabili.

Secundum de fide justificante: anne hæc per naturam, seu constitutionem suam genuinam, sit vi-va, organice activa, &, uti caritatis affectu ac habitu fœcunda, sic etiam per caritatem efficax? Quod quam rectissime affirmavit Spenerus cum aliis, sed τοῖς ἀντινεμένοις negantibus.

Tertium de Renovatione: utrum cum ejus statu integro consistere possit ejusmodi indifferentismus, seu adiaphoria moralis, qua actiones cuiusvis generis ludicrae & vulgares corrupti seculi mores, ad studium ditescendi, inclarescendi & voluptatem convivandi ac jocandi relatæ, si excessus extantior absit, pro rebus licitis & ad christianæ libertatis ambitum pertinentibus, habentur? Hæc recte negavit cum aliis Spenerus, affirmantibus illis, qui pietismi fabulam variis actibus & actuum scenis instructam variatamque agebant,

Quartum problematicum de spe meliorum temporum, Prophetarum, nec non Christi & Apostolorum oraculis de futura adhuc Judæorum ac reliquarum gentium conversione nixa. Quam itidem Spenerus cum compluribus aliis adseruit, sed ipsorum adversariis negantibus.

III. Hæc controversiarum capita cum materiis cognatis ex instituto tractavi in Systemate Antibarbaro, & quidem primum prima, secundum secunda, tertium tertia & quartum quarta ejus parte.

IV. Ne-

IV. Nemo vero speciosius, & simul tamen impudentius, id egit, ut conficti pietismi fabulam in novam sectam confareret, quam Theologus ille Saxonius, qui in diversis scriptis sibi ipse *Timothaei Verini* nomen adsumsrit. Non enim solum fabulæ actuum alium ex alio duxit, eamque ab aliis jam desertam propemodum solus per aliquot lustra continuavit; sed elenichum quoque suum ea veri & re-
Eti specie incravat, quæ mihi aliisque compluribus plures animadversiones extorsit. Præter librum jam allegatum videatur: *völlige Abfertigung des Timothaei Verini*: item liber: *Gestalt des Kreuz-Reiches in seiner Unschuld mitten unter den falschen Beschuldigungen*: nec non: *Aufrichtige Nachrichten von der Unrichtigkeit der so genannten unschuldigen Nachrichten*. Præterea ea, quæ e volumine der richtigen Mit-
tel-Strasse hoc pertinent.


V. Et cum ante annos non adeo multos Historiæ ecclesiastice, quam *Compendium Gothanum* exhibet, continuator Gothanus in eadem laboranti, immo jam desperatae ac ideo desertæ, *avtiasyortw* causæ novum parasset statumen, & nostrum Theologorum ordinem una cum beati Speneri manibus imponentius lacepsivisset, ab integro collegio nostro, calamo meo interprete, ipsi opposita est *Epierisis Apologetica*, continens perinulta, quæ ad mysterii impietatis, in pietismi sectione latentis derectionem pertinent.

VI. Qui singulas controversias conjunctim vult
per-

perpendere, eas deprehendit ex una parte in scriptis
Theologorum Wittebergensium jam allegatis & in
Synopsi Schelwigiana; ex altera in eidem opposita
Synopsi partim *D. ZIEROLDI*, partim etiam *D. LYSII*, Theologi Regiomontani, cum Systemate meo
conferenda.

VII. Ceterum conferri in primis meretur *Responsum*
totius ordinis Theologorum Lipsiensium, quod
anno hujus seculi decimo mense Octobri datum,
& e Germanico etiam Latine versum & typis ex-
pressum ita inscribitur: *RESPONSUM Inclite Fa-*
cultatis Theologicæ in Academia Lipsiensi de Pietismo
sic dicto, unde is ortum traxerit, & quæ genuinae
eius indoles sit? In quo solidis rationibus demonstra-
tur, eum haud esse novam quandam sectam, sed ina-
nem fabulam varumque invidorum figuratum, ad
conturbandam ecclesiæ pacem, & ad bonam ali-
orum famam ledendam, iniquo animo
fabrefactum.






Fr 633
S

VD 18

742





EPITOME HISTORIAE ECCLESIASTICAE,

